EPITOME APOSTOLICARVM CONSTITUTIONUM,

In Creta Insula, per Carolum Capellium Venetum repertarum, & è Greco in Latinum translatarum.

ADIECTA SVNT IIS CONSONA QVAEdam Apostolicorum discipulorum, Dionysij Areopagitæ, Ignatij, & Polycarpi Testimonia. Et per oppositum ex Historia de actis Lutheri, Duorum sacerdotum Carolstadij & Munceri gesta & euentus.

Deut. 32:

Memento dierum antiquorum, Cogita generationes singulas, Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: Maiores tuos, & dicent tibi.

INGOLSTADII EXCVDEBAT
Alexander Vueissenhorn.

Cum gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiestatis.

M. D. XLVI.

GENEROSO AC MAGNIFICO VIRO DOMI no Carolo Capellio, Patricio Veneto &c. Iohannes Cochlæus. S. P. D.

Generose ac Magnifice Domine exhibuit mihi hisce diebus hic, uir quidam Nobilis, & Cathedralis huius Ecclesiæ Eystetensis Canonicus Enchiridium quoddam sacrarum precũ, Antuerpiæ hoc anno euulgatũ. Cui sub finem adiunctũ erat perparuum quidem mole opusculum, sed merito suo & æstimatione mea maximum. Quod equidem tanto auidius, hilariusq; perlegi, quanto notior mihi erat authoris & generosus animus, & uite integritas, atq; omnium iuga eruditio, uariarumq; linguarum peritia. Ex tua enim ad Paulũ III. Pon. Maximũ nuncupatoria Epistola, non solum mirifice exhilaratus fui, quod testabatur te, tam excellentem & raræ uirtutis uirum, adhuc in hac uita superstitem esse, quem octo iam annis non uideram, cum interim tam multos præclaræ uirtutis & eruditionis eminentissimos uiros, & in ijs permagnum probitatis cum summa eruditione iunctæ exemplũ, Rei pub. & Patriæ uestræ, atq; etiam S. Ro. Eccleſiæ Carolus Capellius.

Contareno Card. singulare Decus, GASPARVM CONTARENVM, Nobiliss. Patritium VENETVM, & Ro. Ecclesiæ CARDINALEM, dura lex mortis (qua omnibus statutum est hominibus semel mori) nobis intempestiue subtraxit. Verum etiam uniuersæ Reipub. Christianæ et sanctæ Dei Ecclesiæ Catholicæ merito congratulatus sum, Deoq; Opt. Max. (qui filij sui unigeniti sponsam, supra petram inuiolabiliter ædificatam, non deest linquit usq; in finem) gratias egi, quod hoc præsertim tempore, quo tot undiq; fluctuum insultibus quassatur Nauicula Petri Apostolorum Principis, dignatus est misericorditer per te tam preciosum nobis aperire Apostolicæ religionis thesaurum, & sacrum atq; inuictum contra tot superbientium sectarum oppugnationes præsidium, Octo inquam libros Apostolicarum Constitutionum, quos Græce scriptos, ac tot seculis absconditos, oportunissime in Creta Insula (in qua S. Paulus, uas illud Iesu Christi Domini & Saluatoris nostri electum reliquit olim Titum suum, ut ea quæ deerant, corrigeret, & per ciuitates presbyteros constitueret) tradidit in manus tuas, quando supremum ibi Venetorum Reipub. gerebas Magistratum. Macte hac gloria & fœlicitate Carole, Perpetuum ac singu-

Precios⁹ thesaurus.

Promissio Capellij.

lare

lare Capelliorum ornamentum. Operare indesinenter, obsecro, quod summo Pontifici, & sanctæ Ecclesiæ Catholicæ publicè iam ultro promisisti, ne forte te quoq; nobis, auidissima expectatione accensis, dura & inexorabilia communi omnibus mortalibus lege mortis fata uel in medijs conatibus (quod absit) intempestiue subtrahant. Memor esto, quæso, dicti illius, in Ecclesiaste. Quodcunq; facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud Inferos, quo tu properas. Debitorem te ipse constituisti nobis benignissima promissione, Redde igitur quod debes o Capelli, quia illaqueatus es (ut ait in Prouerbijs Rex Israhel filius Dauid) uerbis oris tui, et captus proprijs sermonibus. Fruemur quidem debita cum gratiarum actione interim Apostolicarum Constitutionum Epitome, munere tuo neutiquam sane contemptibili, sed minime satisfactum nobis esse putabimus, nisi ipsos quoq; Octo libros primæuæ religionis, & Apostolicæ atq; germanæ pietatis & doctrinæ Christianæ, quos tibi præ alijs singulari gratia Deus ostendit, nobis in publicum exhibueris, hoc maxime tempore, dum celebratur Tridenti Oecumenica Synodus, In qua præcipue & de salutari ac necessaria Reformatione & de uariarum hæresum ex-

Ecclesiast. 9.

Prouer. 6.

Concilium Tridentinū

tirpatione tractandum est. Poterunt enim Octo libri illi certam nobis ad omnia bona uiam ostendere. Ne uero Aduersarij nostri dicant (ut sunt impudenter procaces) hanc Epitomen esse confictam, uisum est mihi operæ precium, adiungere ei quædam ex antiquissimis Apostolorum discipulis testimonia, his Apostolorum constitutionibus conformia, A dijcere præterea duorum ex sectis nouis sacerdotum difformia exempla. & infœlicia gesta, Vnde lector tanto certius clariusq; intelligat, quanto melius securiusq; sit bonarum mentium conscientijs, uenerabiliter acquiescere sanctorũ patrum constitutionibus & doctrinis, quam omni Vento nouorum dogmatum instabiliter agitari, ac circumferri. Boni precor consulat hoc meum qualecunq; complacendi, ac utiliter seruiendi studium, Generosa Magnificentia tua, & credat, me adhuc eodem esse animo, quo eram, quando me Pragæ uidit. Bene uale. Ex Eystet Ciuitate, VI Idus Decembris Anno Domini M. D. XLV.

SANCTISSIMO D. D. NOSTRO PAVLO. III. Pont. Maximo, Carolus Capellius. S. P. D.

VIm Sanctiſsime Pater, XXX. iam & ampluſ annos in Rep. adminiſtranda uerſatus ſim, & ſexdecim ferè perpetuos legatus pro ſenatu, bonam Europæ Chriſtianæ partem obierim, ac nouiſsime Cretæ prouinciæ moderandæ Dux præfuerim, quo maxime rerũ uſu quiſq; uir prudens & diligens ad hominum ſenſus, uoluntates, & intimas ipſius animi affectiones facile penetrare ualeat, Cumq; tantã rerum perturbationem uiderem, & tantam noſtræ religionis confuſionem non dolere non poſſem, ſæpe memoria repetij; & dũ multumq; mecũ cogitaui, qua potiſsimũ de cauſa res in hunc ſtatum adducta ſit, atq; ita demũ ſtatui, id eueniſſe ob neglectam obſeruantiam cuiuſq; ferè muneris, ordinis, gradus, dignitatis, amplitudinis, & præſertim diuinæ Eccleſiaſticæ maieſtatis. Nam cum ſole illuſtrius & clarius pateat, rerum ordinem & conuenientiam, eſſe ipſius naturæ conſeruationem,

Longa & ampla rerũ experiẽtia.

Cauſa malorum huius temporis.

Ordo munerũ male neglectus.

tionem: cumq; mundi opifex & effector, qui uerbo res omnes ex nihilo procreauit Deus, sempiternas etiam illas, & plusquam cælestes mentes suæ quam proximas diuinitati, uarijs distinxerit ordinibus, muneribus, proprietatibus, & prærogatiuis, & eodem diuinæ sapientiæ consilio in cæteris omnibus rebus usus sit, assignatis, appositis, accõmodatisq; ad unumquodq; muneribus, quasi penso quodã, Cælis scilicet ipsis, Soli, Lunæ, Planetis reliquis, & stellis omnibus, diei, nocti, anniuersariæ quadripartitæ uicissitudini, & temporum uarietati, tum uero animantibus ipsis, atq; adeo plantis, & cæteris omnibus ijs, quibus ut sint solum concessum est, & cũ omnia constitutos ab ipso auctore motus, perpetuos cursus, perennia officia, & constantissimum ordinem seruent, Quis rationis compos, & non obstructis omnino mentis luminibus, non admodum admiretur, & obstupescat? si solus homo, qui præcipue omnium naturarum & donorum particeps creatus est, quicq; modo uelit cum Christo seruatore & capite nostro unum corpus esse, sempiterna cum ipsis etiam angelis beatitudine perfrui ualeat, ita nonnunquam aberret, ita contumax sit, ut perpetui naturæ potius humanæ inimici, qui angelum lucis ut nos facilius fallat, induit pessimæ ambitioni, & falsis in perniciem certam et interitum corporis atq; animi

Ordo in syderibus.

Homo natura præcellens, Deo contumax est.

nostri

nostri sempiternum suasionibus, & uanis uoluptatibus, quam sanctissimis et salutaribus Dei & Vnigenæ filij eius præceptis obtemperet: & propterea omnes ipsius Dei ordines, omnem rerum conuenientiam perturbet, & cœlum terræ misceat. Quare factum est, ut iam omnis Reip. Christianæ orbis ita conuersus sit, ut uix orbita antiquæ et pristinæ eius religionis appareat, atq; adeò omnia ferè perinde perturbata & confusa sint, ac si in corpore nostro pedes oculorum officio, & aures manuum fungi uelint, aut deniq; plæraq; membra ita cõspirauerint, & a proprio munere desciuerint, ut iam capiti & uniuerso corpori alimenta, & quæ ad usum uitæ necessaria sunt, præstare nolint. Itaq; nos præcipuè, qui a Deo per Iesum Christum adoptati sumus, ita degenerauimus, ita ingrati sumus, ut iam tantam et eo usq; confusionis turrim erexerimus, ut nisi diuinitus (si quidem resipuerimus et ad frugem redierimus) deturbari non possit, quam nostram omnium calamitatẽ, & quæ imminent superiorum malorum longe deterrima, cum mente atq; animo nunq; non deplorarẽ, & multa mecum ipse reputarem, si quo pacto afflictæ & pene confectæ & densis tenebris obrutæ rei Christianæ salus aliqua et lux afferri posset. Ecce mihi Deus, Deus inquam hisce diebus sanctorum Apostolorum constitutionum

Omnia nũc perturbata sunt.

Turris Cõfusionis

Octo libri Cõstitutionum a XII. Apostolis factarum.

tutionum libros octo, græce conscriptos, sed a librario admodum indocto descriptos, quasi in manus tradidit, quod quidem unum uolumen, fremant licet quicunq; uelint, dicam quod sentio, secuudum Euangelia, actiones Apostolorum, canonicas epistolas, et uetus testamentum mihi uidetur instar unius, & integræ Christianæ fidei et totius nostræ religionis bibliothecæ. Hos igitur cum auidissime euoluerem, quod maxime expetebam & summo studio inuestigabam, inueni maximo gaudio tanquam nobilem, præciosam & fulgentissimam margaritam, remedium mirifice oportunum, & antidotum salutare, & huic potissimum morbo necessarium, quo qui laborant (si quidem eo sancte & pie uti, et uere & non uerbo tenus Christiani esse uelint) facile excussa omni caligine et obscuritate pristinæ iucolumitati restituentur. Quare mihi nullā morā interponendā putaui, quin quoad eius facere possem quamprimū diuino hoc thesauro, cum per tot sæculorum curricula uetustate & obliuione quasi in tenebris abditus delituerit, mihi uni quanq; seruo inutili, pene ipsius Dei digito commonstrato, te pater sanctissime & tui sacrosancti collegij antistites, nec non uniuersam Romanam Ecclesiam & omnes Christum colentes donarem. Lege igitur Paule pater, & tecum Christiani omnes hæc diuina

Antidotū salutare.

Donum Papa dignum

Translatio In latinum a Capellio facta.

uina sanctorum Apostolorum decreta: quæ nos in cõ uertendo eatenus Latini sermonis splendore decorauimus, quatenus passa est suprema tantorum oraculorũ maiestas. In ijs enim agnosces et tuam summi sacerdotij principatus tremendam & Deo coniunctam potestatem, & episcoporum augustam amplitudinem & uenerandam maiestatem, & sacerdotum sublimem auctoritatem, & denique totius Ecclesiæ ministrorum obsequtũ reliquis omnibus hominibus magno in honore habendũ. Quod si tu pater sanctissime (quæ fortasse tuæ sunt partes) nostro huic honestissimo, & uere Christiano conatui adesse uolueris, monile iam tibi integrũ innumeris alijs, uariisq; gemmis preciosissimis adornatum ex arcano reconditissimo diuinorũ oraculorum, et Iesu Christi filij Dei uiui tanquam sacrario omnibus splendoribus illuminatum repræsentabimus. Vue fœlix et diu, pater optime, & nobis tuis precibus Deum conciliare uelis, cui semper habeatur laus, honos, et gloria. Venetijs M. D. XLIIII. Calend. Nouembris.

Promissio summa cũ gracitudine acceptanda

Ex Octo libris Constitutionum

CAROLI CAPELLII INTERPRETATIO

ex Sanctissimorum Apostolorum constitutionibus.

Vt obseruetur Ordo inter Ecclesiasticos.

ILlud uero communiter omnes denunciamus, ut unusquisq; maneat in ordine sibi assignato, & ne terminos transgrediatur. Neq; enim nostri sunt sed Dei. Qui uos enim, inquit Dominus, audit, me audit, & qui me audit, audit eum qui misit me: & qui uos spernit, me spernit, qui uero me spernit, spernit eum qui misit me. Etenim si quæ inanima sunt, ordinis modum optime seruant, ueluti Nox, Dies, Sol, Luna, Stellæ, Elementa, Solstitia, Menses, Hebdomades, Dies, Horæ, & seruiunt assignato usui, secundum id quod dictum est, terminum posuisti, quem non transgredientur. Et iterum de mari. Et illud terminis meis positis, & claustris & portis circundedi. Quanto magis uos nihil ex ijs audere debetis dimouere, quæ uobis ex sententia Dei a nobis sunt definita, uerum quando plærique & id superuacaneum esse duxerunt, ac confundere ordines, & sanctam manuum ab unoquoq; ✱ admonitione peruertere audent, dum ipsi

Luce. 10.

Ordinis exemplum in rebus inanimatis.

Psal. 103.

Iob. 38.

Graue peccatum, contra ordinē agere.

✱ admonitionem.

si sibi

si sibi Tyrannice arripiant ea dandi, quorum nullam habent authoritatem, & propterea quidem Deum irritant. Quemadmodum Coritæ, et Rex Ozias, qui præter dignitatem aggressi sunt principis sacerdotij munus, et hi quidem igne combusti sunt, hic uero frontem lepra percussus est. Concitant autem et spiritũ sanctũ abrogato ipsius testimonio, merito nos quod impendet periculum ijs, qui eiusmodi faciunt, prospicientes: & incuriam, quæ in sacrificia, & gratiarum actiones inducitur, quod ab ijs, quos non oportet, obeantur, qui ludum esse arbitrantur principalis sacerdotij maiestatem, quæ imitationem continet magni principis sacerdotum Iesu Christi Regis nostri, necesse habemus & id admonere. Etenim quidam iam deflexerunt, secuti suam uanitatem, loquimur autem, ut Moses Dei famulus, ad quem Deus præsens ad præsentem sermonem habebat, ac si quis uerba faceret ad suum amicum, cui dixit, noui te præter omnes, qui cum ore loquebatur ad os, & non per obscura, uel insomnia, uel angelos uel ænigmata.

Num. 16. 2. Paral. 26.

Attendant hic Nouæ sectæ.

Exo. 5. Num. 12.

Ordinum distinctio per Moysen.

Hic cum diuinam legislationem constitueret, separatim distinxit, quæ quidem oporteat a principibus sacerdotum confici, quæ autem a sacerdotibus, & quæ a Leuitis, distributis unicuiq; ministerij proprijs et conuenientibus Ceremonijs, et quæ quidem sacerdotũ prin-

Num. 4. & 18.

cipibus mandata fuerant peragenda, ad ea sacerdotes adire nefas erat, quæ uero sacerdotibus præfinita erant, ad ea Leuitæ minime adibant: sed unusquisq; quæ acceperant officij circumscripti munera custodiebant.

Peccatum Saul Regis 1. Reg. 13.

Quod si quis ultra constitutionem attentare uolebat, mors mulcta erat. Id uero maxime demonstrauit in Saule experientia, qui cum Sacrificiũ rite feciſset sine Prophcta & sacerdotum principe Samuele, sibi ipse contraxit peccatũ et execrationem inexpiabilem, neq; propterea quod ab ipso Rex unctus esset, placauit Prophetam, sed efficaciori facto demonstrauit Deus quam in Osia, quippe qui non lepræ inflictione uiolatæ legis reo petijt pœnas, & is qui sacerdotij principatus munus furens occuparat, ipso etiam regno deiectus est.

Sacrorum Ordinum distinctio per Apostolas facta.

Quæ autem nostro tempore facta sunt, fortasse non ignoratis: nostis enim omnino a nobis nominatos esse Episcopos et presbyteros & Diaconos precum et manuum admonitione: scilicet ut ex differentia nominum, & differentiam rerum demonstraremus. Neq; enim qui uolebat apud nos manum implebat, et creabatur sacerdos excelsorum, ut tempore adulterini uitulorũ sacrificij, ab Hieroboamo deprauato sacerdotio: sed qui uocabatur a Deo. Nam nisi diuinitus esset aliquod institutũ, & ordinum differentia, plane sufficeret uno nomine omnia

3. Reg. 13.

confu-

confici: uerum a Domino docti rerum conuenientiam, Episcopis quidem quæ pertinent ad sacerdotij Principatum tribuimus, presbyteris autem quæ ad sacerdotium, Diaconis uero, quæ ad utrorumq; ministeriũ: Vt quam pure sacrorum Cerimoniæ peragantur. Nam neq; Diacono offerre sacrificium fas est, uel baptizare, uel benedictionem paruam, aut magnam facere: neq; presbytero se in manuum admotionem oblique insinuare: Neq; enim pium est peruerti ordinem: Namq; non est dissidij Deus, ut ij, quibus subesse obtigit, sibi ipsi ea qui sunt superiorum, uindicent, nouam legislationem commenti in malum suum, ignorantes quod durum est ipsis contra stimulum calcitrare. Non enim nos aut Episcopos oppugnant huiusmodi homines, sed omnium Episcopum, & patris sacerdotum principem CRISTVM IESVM dominum. Etenim a Mose Dei amicissimo principes sacerdotum constituti sunt, & sacerdotes & Leuitæ. A seruatore autem nostro nos tredecim Apostoli: ab Apostolis uero ego Iacobus et ego Clemens, et nobiscũ alij, ne omnes iterum cõnumeremus: communiter autẽ ab omnibus nobis, presbyteri et Diaconi et Lectores. Itaq; primus est natura princeps sacerdotum Dei unigenitus Christus: qui nõ sibi ipse dignitatẽ arripuit

Ne peruertatur ordo in sacris ministerijs.

Christus ipse contemnitur in ordinum contemptu.

Spiritalis hostia.

arripuit, sed a patre constitutus est. Qui factus homo propter nos et spiritalem hostiam offerens Deo et patri suo, anteq̃ pateretur, nobis constituit solis hoc facere, quanq̃ essent, nobiscum et alij, qui in ipsum crediderant: Verum nõ omnino quisq̃ qui crediderat illico sacerdos constitutus erat, Vel principatus amplitudinem consecutus. Postq̃ uero assumptus est in cælum, nos oblato secundũ constitutionẽ ipsius sacrificio puro, et incruento designauimus Episcopos et Præsbyteros, et Diaconos

S. Stephanus:

septem numero, quorum unus fuit Stephanus, beatus il le martyr, haud inferior nobis erga Deum beneuolentia, qui eatenus pietatem, in Deum declarauit fide, et in dominum nostrum Iesum Christum charitatem, ut pro

Acto. 7.

ipso & animam daret, a Iudæis, qui Dominum interfecerant, coniectu lapidum obrutus: uèruntamen talem ac tantum uirum, qui spiritu feruebat, qui Christum uidebat a dextris Dei, et cæleſtes portas adapertas, nunquam apparet, ijs quæ non conueniebant Diaconatui, muneribus functum esse, seu sacrificium offerendo, seu manus alicui admouendo, imo uero Diaconatus officiũ custodisse usq̃ in finem: sic enim decebat Christi Martyrem ordinum conuenientiam conseruare. Quod si

Philippus & Ananias Act. 8. et 9.

Philippum Diaconum nostrum & Ananiam fidelem fratrem accusant nonnulli, quod hic quidem eunuchum

chum baptizauerit, hic uero me Paulum, ignorant isti, quod nos dicimus, Dicimus enim quod nemo ipse sibi arripit sacerdotij dignitatem, sed uel a Deo sumit, ut Melchisedech, & Iob, uel a principe sacerdotũ, ut Aaron a Mose. Itaq; & Philippus & Ananias non ipsi se elegerunt, sed a Christo declarati fuerunt principe sacerdotum, Deo, qui nullo modo redargui potest. Quem admodum non licebat alienigenæ, qui Leuita non esset, sacri quicquam facere, aut accedere ad altare sine sacerdote, ita et uos sine Episcopo nihil faciatis. Quod si quis sine Episcopo quid faciat, frustra idipsum facit, neq; enim ipsi operi tribuetur. Nam quemadmodũ Saul sine Samuele cum sacra fecisset audiuit, stulte egisti: ita et quisq; Laicus sine sacerdote aliquid peragens nequicquã laborat. Et quemadmodũ Ozias rex, cum non esset sacerdos, ea quæ ad sacerdotes pertinent peragens, lepra affectus est ob uiolatã legem, sic et quisq; Laicus non impune erit, qui Deũ despexerit, et ipsius furens inuaserit sacerdotes, & dignitatem arripuerit ipse sibi, ✱ imitatus Christum: qui non se ipse dignum existimauit fieri principem sacerdotum, sed expectauit ut audiret a patre, Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchisedech, Igitur si quidem sine patre Christus non se ipse glorificat,

Num. 18.

Ne quis Laicorum sacerdotis officium sibi usurpet.

1. Reg. 13.

2. Para. 26.

addo ✱ Haud

Psal. 109.

qui fieri potest, ut homo seipse in sacerdotium intrudat qui non acceperit a superiori dignitatem? & ea faciat quae solis sacerdotibus licita sunt? Annon Coritae (quamq; ex Leui tribu essent) igne combusti sunt cum in Mosen & Aaron insurrexissent, & de ijs, quae ipsos non decerent contenderent? Et Dathan et Abiron uiuentes descenderunt in infernum? & Virga cum germinasset, sedauit multorum amentiam? & a Deo electum esse Principem sacerdotum demonstrauit? Itaq; unicuiq; dignitati Laici conuenientem honorem tribuant in muneribus, & ea quae ad uitae usum pertinet cura: nec facile exhibeant molestiam principi, sed per ministros quae uolunt significent, id est per diaconos: cum quibus maiore loquendi libertate utantur. Neq; enim ad Deum Omnipotentem accedere fas est, nisi per Christum: sic igitur & Laici quaecunq; uolunt, per Diaconum manifesta Episcopo faciant: atq; ita secundum id, quod illi usum fuerit, peragant. Nã neq; antea in sacris sanctis quicq; offerebatur aut gustabatur sine sacerdote. Labia enim sacerdotis custodient scientiã, et legẽ requirẽt ex ore eius (inquit alicubi propheta) quia nuncius est Dei Omnipotentis. Etenim si et Dæmonũ cultores in suis scelestis & execrandis, et impuris Idolorum obsequijs, hactenus ea quae sancta sunt imitantur, quanq; longe

Num. 16.

Officium Laicorum

Leuit. 7. Malach. 2.

Ritus Gentilium in suis sacris.

longe quidem huiusmodi scelus seorsim a Sanctorum comparatione abest, cæterum in suis illusionibus sine eo, qui sacerdos non est, nihil offerunt neq; conficiunt: sed pro ritu existimant eum, qui non est sacerdos lapideorũ simulachrorum os esse, expectantes quid iubeat ipsis ut faciant, & omnia quæcunq; iusserit ipsis, ea perficiunt & sine ipso nihil facunt: & honorant ipsum qui non est sacerdos: & uenerandum esse ducunt ipsius nomen in honorem anima carentium statuarum & obseruantiam hominum sceleratorum. Quare si illi, cum ea quæ uana & falsa sunt, religione & gloria prosequuntur, cumq; nulla in re spem suam stabilem collocent, sancta imitari studeant: quanto iustius est uos, qui perspectissimam fidem, & non dubiam spem habetis & gloriosam & æternam, & quæ dilabi non potest promissionem expectatis, ut per eos qui præsunt honoretis Dominum Deum, existimantes os Dei esse ipsos Episcopos. Nam si Aaron propterea quod a Mose nunciauerit Pharaoni Dei uerba, Propheta dictus est, Moses uero Pharaonis Deus, Rex pariter & sacerdotum princeps, ut dicit Deus ad ipsum, Deum posui te Pharaoni & Aaron frater tuus erit Propheta tuus, cur non & uos uestros uerbi interpretes, Prophetas esse arbitramini, et tanq; Deos uenerami-

Argumentum a minori.

Os Dei Episcopus.

Exo. 7.

Officium Diaconi erga Episcopum.

Nunc enim uobis quidem Aaron est is qui est Episcopus. Itaq; si dictus est Moses a Domino Deus & uobis Episcopus in Deum honoretur, & Diaconus ut Propheta ipsius, ut enim Christus sine patre nihil facit, ita & nihil Diaconus sine Episcopo: & quemadmodum filius sine patre non est, ita neq; Diaconus sine Episcopo, & sicut debet filius patri, ita & quisq; Diaconus Episcopo: & ueluti filius nuncius est & Propheta patris, ita & Diaconus nuncius & propheta est Episcopi: propterea & quæcunq; peraguntur ab ipso, manifesta ab Episcopo fiant, & per ipsum conficiantur, nihil autem faciat omnino sine Episcopo, neq; alicui quicquam distribuat sine eius sententia: nam si ac si aliquis afflictatur, clam Episcopo alicui dederit, in contumeliam Episcopi dabit, & ipsum calumniatur: ut qui negligat eos qui afflictantur.

Qui autem Episcopo aut uerbo aut facto maledicit (etsi haud nocuerit) Deo delinquit, ipso dicẽte, Dijs

Exod. 22. *non maledices. Neq; enim de lapideis aut ligneis Idolis lex lata est, quippe quæ execranda & spurcissima sint propter falsitatem, uerum de Sacerdotibus, & iudicibus quibus & dixit, Dij estis & filij excelsi omnes.*

Psal. 81. *Itaq; si nosti Diacone aliquem afflictari, admonito Episcopo sic da, uerum ne quid clam in contumeliam ipsius*

peragas

peragas ne murmur concites contra ipsum: non enim aduersus ipsum murmur erit, sed aduersus Dominum Deum. Et audient Diaconi & reliqui quemadmodum Aaron & Maria, cum Mosi obtrectassent, audierunt. Quomodo non timuisti obloqui contra Mosen seruum meum? Et iterum ipse Moses dicit ijs quos secum duxerat: non enim contra nos murmur uestrum est, sed contra dominum. Exo. 16. Nu. 12. Exo. 16.

Nam si is qui laico dixerit Racha aut fatue, non impune erit (ut qui Christi uiolauerit legem) Quod si in Episcopum dicat? per quem sanctum Spiritum dominus in uos dedit in electione, per quem sancta dogmata didicistis, & Deum nouistis, & in Christum credidistis, per quem cogniti estis a Deo, per quem insigniti estis oleo exultationis, & unguento intelligentiæ, per quem filij lucis apparuistis, per quem dominus cum illuminaremini, Episcopi manus admotioni attestans, super utrisq; nostrum sacram emisit uocem dicens, filius meus es tu, ego hodie genui te, per Episcopum tuum Deus te filium facit ô homo. Nosce fili dexteram matris tuæ: ama eum, qui secundum Deum factus est pater tuus. Namq; si de parentibus secundum carnem inquit Diuinum oraculum. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut tibi bene sit, et qui maledicit patri aut matri, Matth. 5. Graue peccatum, obloqui Episcopo. Pfal. 2. Exo. 20. Deut. 27.

Beneficia sacerdotum erga populum.

morte moriatur. Quanto magis de parentibus secundum spiritum uos oraculum admoneat, ut honoretis ipsos & ametis, ut beneficos & legatos ad Deum? qui per aquam rursus uos genera uerunt: qui sancto spiritu impleuerunt, qui lacte uerbi aluerunt: qui doctrina eduxerunt, qui monitis firmauerunt, qui salutari corpore & precioso sanguine uos dignauerunt: qui peccatis soluerunt: & sanctæ & sacræ Eucharistiæ participes fecerunt: & Dei promissionis socios & cohæredes uos posuerunt. Hos reuerentes honorate omnibus honoribus. Hi enim a Deo uitæ & mortis facultatem acceperunt: cum iudicent eos, qui peccauerunt, & damnent in mortem ignis æterni, & a peccatis liberent eos qui conuertuntur & ipsis ut parentes uitam afferant. Hos principes uestros & Reges ducendos esse sancte existimate, et tributa ut regibus afferte: a uobis enim ipsos et eorum domestricos ali oportet, quemadmodum Samuel disseruit ad populum de Rege, et Moses de Sacerdotibus, sic et nos uobis de Episcopis constituimus: namque si ibi omnes simul proportione, quæ oportuna tanti Regis essent usui, subministrabant, quanto magis non ne, et nunc Episcopus accipere debet a uobis, quæ a Deo ipsi definita,

Quãta Episcoporũ potestas.

1. Reg 8.

Episcopo plus debetur quam Regi.

finita, & constituta sunt ad alimentum ipsius, & qui cum eo sunt clericorum? imo uero si quid oportet assentiri rationi, plus hic accipiat, quam ille olim: ille enim quæ ad rem militarem pertinerent tantum ministrabat, quippe qui bellum & pacem suscipiebat ad custodiam corporum, hic uero in Dei uenerationum sacerdotium, corpus atque animam defendens a periculis: quanto igitur anima corpori præstat, tanto sacerdotium regno, sacerdotium enim uincit & soluit supplicio & remissione dignos. Quare Episcopum amare debetis ut patrem, timere ut Regem, honorare ut dominum: fructus uestros & opera manuum uestrarum in benedictionem uestram, offerentes ipsi, primitias uestras et decimas uestras: seiunctiones uestras, dona uestra, dantes ipsi ut Dei sacerdoti, primitias Tritici, Vini, Olei, Pomorum, Sobolis, et omnium quæ Dominus Deus suggerit uobis, et erit tibi oblatio tua accepta in odorem suauitatis Domino Deo tuo et benedicet Dominus Deus operibus manuum tuarum et amplificabit bona terræ tuæ, quandoquidem benedictio est in caput largientis. Deo Opt. Max. laus, honor et gloria.

Quid debetur a Laicis Episcopo.

Ex Eccle-

EX ECCLESIASTICA HIerarchia S. Dionysij Areopagitæ, Discipuli S. Pauli, Cap. V. Parte I.

HOc ordine sanctissimum consecratur unguentum. Tempus uero iam ammonet: post diuina istiusmodi munia, ipsos exponere sacros ordines, ac distributiones, uirtutesq; ipsorum & actiones, atq; consumationes, subiectamq; illis trinitatem excellentium ordinum. Vt ostendatur sacerdotij nostri perfunctio, inordinata omnia et incomposita atq; confusa ab se arcere semper atq; cohibere, ornatum uero atq; ordinem & grauitatem: in proportionibus sanctorum ordinum suorum exhibere: Et quidem Hierarchiam omnem, cur in trinitatis distribuerimus numerum: in libro de cælesti Hierarchia congrue satis, reor, exposuimus, dicentes (ut habet sacra nostra traditio) omnẽ sacrorum ordinum functionem in sanctissimas teletas diuidi, & in eos qui diuina probe callent aliosq; sacratius imbuunt, inq; eos qui ab ijs sanctissime promouentur.

Sacerdotiũ omne inordinatum et confusum arcet a se.

EX EPISTOLA EIVSdem Dionysij ad Demophilum Monachum. Epist. VIII.

Denicq;

DEniq; et super Humeros attollit ouem uix ab errore conuersam, & benignos angelos ad lætitiam excitat. Ingratis quoq; clementissime utitur, & oriri facit solem suum super bonos & malos: atq; ipsam animam suam pro auersis a se, ac refugientibus ponit. Tu uero, ut tuæ literæ indicant, procidentem sacerdoti impium (ut ais) atq; peccatorem: nescio quo pacto contra disciplinæ ordinem astans, calce abiecisti, ac reppulisti, cum ille quidem uerecunde (quod oportuit) fateretur se ad peccatorũ remedia quærenda uenisse. Neq; exhorruisti insuper & sacerdotem optimum lacerare conuicijs: miserabilem eum dicens, qui pœnitentem atq; impium iustificasset. Ac tandem exi, inquiens sacerdoti, cum similibus tuis contra fas omne irrupisti in adyta, & sancta sanctorum prophanare ausus es, & scribis nobis te sancta, cum uiolanda essent, summa cura prouidentiaq; seruasse, eaq; hactenus illibata custodire. Nunc ergo quid ipsi sentiamus: attende.

Dei benignitas.

Luc. 15.

Matth. 5.

Confiteri sacerdoti.

Impiũ factum Demophili Monachi.

Nefas est sacerdotem a ministris (qui te superiores sunt) atq; a tui ordinis uiris iudicari, etiãsi impius in diuina esse uideatur, etiamsi quid aliud ex ijs quæ interdicta sunt egisse depræhenditur. Nam si distinctiones, ordinesq; confundere, sacratissimas Dei sanctiones & iura transgredi est, omni profecto ratione caret, Dei cau-

Sacerdos ab Inferioribus iudicari non debet.

sa peruertere traditum diuinitus ordinem. Neq; enim in seipsum Dei sermo diuisus est, alioqui quomodo ipsius staret regnũ? Et si dei est iudicium, ut sacra eloquia testantur: sacerdotes autem angeli sunt diuinorum iudiciorum cõtinuo post pontificem magistri: ab ipsis tu diuina congrue, ac suo ordine per medios ministros, cum tempestiuũ fuerit, disce, per quos etiã cultor esse meruisti. An uero non hoc ipsum sacra signa proclamant? neq; enim sancta sanctorum simpliciter omnibus sunt inaccessa, uerũ his appropinquat magis pontificũ sacra distinctio, deinde sacerdotum ordo, quos deinceps & ministrorum sequitur gradus. Porro ijs qui cultores sunt ordinati, adytorum portæ segregatæ sunt, iuxta quas & initiantur & astant, non ad custodiam, sed ut ordinem recognoscant suum. Suntq; ipsi populo propinquiores, quam ij qui sacra administrant, & quam populus ipsis quoq; sacerdotibus magis accedentes. Vnde & sacrorum sanctus ordo, sacerq; principatus, eos diuina percipere sacra instituit, alijs quidem qui intra adytorum ualuas sunt, sacrorum administrationem concedens. Nam ij qui diuinũ (ut expressius dixerim) altare circumstant, diuina intuentur, atq; audiunt aperte sibi reuelata, procedentesq; benignissime ad exteriora sacrorum uelaminum, subiectis cultoribus & sacro populo, & ijs, qui

Ordo circa sancta sanctorum.

purgan-

purgantur, ordinibus sacra mysteria pro meritis pandunt. Quæ profecto rite immaculata tamdiu seruata sunt, quo ad ipse tyrannice nimium in ea irrupisti, sanctaque sanctorum & quidem nolentia, tibi publicari coegisti. Et post hæc haberi abs te sacra, atquæ seruari dicis, cum ea neq; uidere neq; audire meo rueris, neq; aliquid habeas sacerdotio dignum. Sicuti ne ueritatem quidem scripturarum nosti, cum eas quotidie sermone impugnes ad subuersionem audientium. Nempe si quis non permissum sibi a rege Principatum gentis, usurpare tentasset, iustissima in eum pœna desæuiret. Idem quoque putaretur, si Principe quempiam uel absoluente uel damnante, nonnullus ex astantibus subditis præsumeret latam a Domino retractare sententiam, & ne id modo, uerum & Dominum afficere iniurijs, pulsare atq; ex imperio deturbare moliretur.

Tyrannica irruptio Demophili.

Similitudo

Alia similitudo.

An uero tu homo tam audax ac temerarius es, aduersus mitissimum atq; optimum uirum, sacratissimamq; ipsius functionem, & sacerdotalis dignitatis iura? Et hæc quidem nos oportuit dicere, cum quis supra merita ac dignitatem suam ausus, aliqua presumpsit attentare, quæ tamen non indigna uiderentur, nam neq; hoc

Reprehensio Demophili.

cuiq; omnino fas est. Quid ni quod non conueniret, fecit Ozias, incensum offerens Deo? quid item Saul uicti mas faciens? quid uiolenti nimium dæmones, cum IESVM Dei filium uerissime prædicarent? Sed profecto á theologia omnis alien9, interdicitur Episcopus, unusquisq; enim ministerij sui ordinem seruare debebit, soluſq; pontifex semel in anno ingreditur in sancta sanctorum: et hoc seruata diligenter omni (quam lex precipit) mundicia pontificali. Sacerdotes autẽ sancta circũtegunt et leuitæ sancta nõ tangunt, ne moriantur, et iratus est furore dominus, cõtra Oziæ temeritatẽ, et Maria lepra respergitur, quæ legifero fratri legẽ conatur imponere. Et super filios Sceuæ insiliere dæmonia, et nõ mittebam eos (inquit) & ipsi currebant, & non loquebar ad illos, & ipsi prophetabant, et impius qui mihi immolat uitulum, sicut qui occidit canem. Atq; ut summatim dicam, eos non tolerat qui diuina peruertunt, perfecta illa Dei supremaq; iustitia, dicentibusq; illis, in nomine tuo uirtutes multas fecimus, respondet, nescio uos, recedite a me omnes operarij iniquitatis. Nefas itaq; est (ut diuina testantur eloquia) ea etiam quæ iusta sunt, nor secundum dignitatem, meritaq; exequi. Ceterũ debet sibi quisq; cautius intendere, ut non sublimia & quæ se altiora sunt sapiat, solaq; ea meditari, quæ sibi pro meritorum modo credita sunt.

Exempla Ozie & Saul Regũ — 2. Paral. 26. — 1. Reg. 13. — Mar. 1. — Leuit. 16. — Nu. 4. — 2. Paral. 26. — Nu. 12. — Act. 19. — Hiere. 23. — Esa. 66. — Matth. 7.

Ex

EX EPISTOLA S. IGNATII, Apostolorum discipuli, Martyris & Episcopi Antiocheni, ad Trallianos, quando e Syria Romam ad Martyrium deportabatur.

VEneremini autem & Episcopum uestrum sicut CHRISTVM: secundum quod uobis beati Apostoli præceperũt. Qui enim intra altare est cõstitutus, mundus est, propter quod obedite Episopo uestro et presbyteris. Qui uero extra altare constitutus est, extra Episcopum est, & presbyteros & diaconos aliquid agens, qui autem talis fuerit, pollutus est conscientia, et est deterior infideli. Quid est enim Episcopus nisi omnẽ principatum & potestatem illorum omnium tenens quemadmodum deceat hominẽ tenere, imitatorem Dei factum secundum uirtutem? Quid est presbyterium, nisi institutio sancta consiliarij, & confessoris Episcopi? quid etiam diaconi, nisi imitatores Christi, ministrantes Episcopo sicut CHRICTVS patri, & operantes illi operationem mundam & immaculatam? quo modo S. Stephanus beatissimo Iacobo, et Thimotheus et Linus Paulo, & Anacletus et Clemens Petro? Qui igitur istis inobediens fuerit, hic sine Deo omnino

Venerandus est Episcopus, sicut Christus

Diaconorũ officium.

erit, & impius & contemnens CHRISTVM, & ordinationem ipsius minorans. Ego uero hæc uobis mando, non quod aliquos inter uos tales agnouerim (nec permittat Deus aliquid huiusmodi aliquando in auribus meis introire, qui filio suo non pepercit propter sanctam Ecclesiam) sed præuidens seditiones iniqui, præmonitione conforto uos, sicut filios meos charissimos & fideles in Domino, præpotans uos medicamine premuniente contra imminentem pestilentiam, quam etiam uos tanq̃ morbum fugite, beneplacentes in Christo Domino nostro, uos ergo succincti mansuetudine, imitatores estote passionum Christi, & dilectionis eius, qua dilexit nos, dans semetipsum pro nobis redemptionẽ, ut nos sanguine suo mundaret ab antiqua impietate, & uitam nobis prestaret incipientibus nobis iam perire, pro malicia quæ erat in nobis.

Pia exhortatio.

EX EIVSDEM IGNATII Epistola ad Antiochenses suos, E Philippis Macedoniæ Vrbe, quando e Syria Romam ducebatur captiuus.

HAec scribo uobis cũ sim Christi Nouella oliua, non ignorans uos taliter sapere, sed præcustodio uos

uos ſicut pater filios ſuos, uidete ergo malignos operarios, inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus uenter eſt, quorum gloria in confeßione eorum, uidete canes rabidos, ſerpentes ſuper pectus repentes, dracones ſquamoſos & aſpides, baſiliſcos & ſcorpiones. Hi enim ſunt Thoes, uulpes & ſimiæ, humana imitantes. Pauli & Petri, ſancti eſtis diſcipuli, nolite perdere depoſitum, quod uobis commendauerunt. Mementote digne beatiſſimi Enodij paſtoris ueſtri, qui primus uobis ab Apoſtolis antiſtes ordinatus eſt, non confundamus patrem, ſed efficiamur certi filij, & non adulterini. Scitis qualiter conuerſatus ſum inter uos. Quæ ergo præſens dicebam uobis, hæc nunc et abſens ſcribo uobis. Si quis non diligit dominum IESVM, ſit anathema. Imitatores mei eſtote, pro animabus ueſtris ego efficiar, quando Chriſtum meruero adipiſci, mementote uinculorum meorum, presbyteri paſcite gregem, qui in uobis commiſſus eſt, donec oſtendat Deus eum qui futurus eſt in uobis rector. Ego autem nunc feſtino: ut CHRISTVM lucrifaciam. Diaconi agnoſcant cuius ſint dignitatis, & ſtudeant eſſe inculpabiles, ut ſint CHRISTI imitatores, populus ſubditus ſit presbyteris et diaconis, uirgines agnoſcant cui ſe conſecrauerunt. Viri diligant uxores, memores

Operarij maligni. Phil. 3.

Quos imitari debeāt.

Presbyteri.

Diaconi.

memores quia una uni in principio creaturæ datæ sunt
Mulieres. in possessionem. Mulieres honorificent uiros suos sicut carnem suam, & non audeant proprio nomine eos uocare. Sciant autem solos uiros suos compares esse, quibus et coniunctæ sunt secundum ordinem Dei, Parentes erudite filios eruditione sancta, filij honorate parentes, ut bene sit uobis, et sitis longæui super terram. Domini
Iob. 31. nolite superbe seruis uti, imitantes patientissimũ Iob dicentem. Si praue iudicaui seruum aut ancillam meam, iudicer ego ab eis.

EX EPISTOLA POLYCARPI Martyris, Smyrneorum Episcopi, discipuli S. Io. Euange. Ad Philippenses.

Salutaris exhortatio SVbiecti estote presbyteris et Diaconis, sicut Deo et CHRISTO. Virgines casta conscientia ambulate. Presbyteri simplices sint, in omnibus misericordes, omnes ab errore conuertentes, Omnes infirmos uisitantes, uiduas, pupillos et pauperes non negligentes, sed semper prouidentes bona coram Deo et hominibus. Abstinete uos ab omni iracundia et iudicio iniusto. Longe ab omni auaritia estote, non cito consentiatis aduersus aliquẽ, ne præuaricemur in iudicio, sci
Debitores sumus peccati. entes quia debitores sumus peccati. Si ergo deprecamur dominum

dominũ ut nobis dimittat, debemus etiam nos dimittere. Ante conſpectum oculorum domini ſumus, & omnes oportet nos aſtare ante tribunal CHRISTI, & unumquemq; pro ſe rationem reddere. Seruiamus ergo ei cum timore & reuerentia: ſecundum quod Euangelizauerunt nobis Apoſtoli domini, & prophetæ annunciauerunt aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti. Zelantes bona, abſtinentes ab ſcandalis & falſis fratribus, qui in uanum portant nomen domini, qui aberrare faciunt inanes homines.

EX EADEM EPISTOla, pars ultima.

PRo omnibus ſanctis orate. Orate etiam pro regibus, & poteſtatibus, & principibus, atq; pro perſequentibus et odientibus uos, et pro inimicis crucis, ut fructus ueſter manifeſtus ſit in omnibus, ut ſitis in illo perfecti. Scripſiſtis mihi & uos & Ignatius: ut ſi quis uadit ad Syriam, deferat literas meas, quas & dedero ad uos, ſi habuerimus tempus oportunum, ſiue ego, ſeu legatus, quem miſero pro uobis, Epiſtolas ſane Ignatij quæ tranſmiſſæ ſunt uobis, habeo, & alias quantaſcunq; apud nos habuimus, tranſmiſimus uobis (ſecundũ quod mandaſtis) quæ ſunt ſubiectæ huic Epiſtolæ ex

Pro quibus orandum eſt.

Vtiles Epiſtolæ.

omnibus enim uobis magnus erit profectus. Continent enim fidem, patientiam et omnes ædificationem ad dominum nostrum pertinentem. Et de ipso Ignatio, & de ipsis, qui cum eo sunt, quod certius agnoueritis significate. Hæc uobis scripsi per Crescentem quem in præsentem diem commendaui uobis et nunc commendo, conuersatus est nobiscum inculpabiliter, credo quia uobiscum similiter. Sororem autem eius habebitis commendatam, cum uenerit ad uos. Incolumes estote in domino IESV Christo in gratia cum omnibus uestris. Amen.

Crescens.

EX LIBRO NONO HISTORIÆ DE ACTIS MARTINI LUTHERI, PER IOHANNEM COCHLÆUM.

Dissidium inter Luther & Carolstadium

ERuperat iam in apertas inimicitias diu dissimulata æmulatio inter Lutherum & Carolstadium, Quorum hic aliquid, ille totum esse uolebat, uterq; uanæ gloriæ cupidus ex æquo, præstabat ingenio, facundia, stilo-

ſtuloq; Lutherus: Carolſtadius rude ingenium ſuum, uelut cotem duram multo ſtudio atq; labore ſic excoluerat, ut Luthero ipſi ſemper uiſus ſit magnus & eruditus Theologus, antequam in quibuſdam aduerſari coepiſſet. Etenim tantus apud Vuittenbergenſes erat, priusquam aduerſaretur Luthero, ut uetitas & ſacrilegas nuptias eius ſummo ſtudio ac maxima celebritate promouerint ac decoraverint. De quibus & propriam confingebant Miſſam iuxta tenorem Miſſæ de Sancto Andrea, quam & in lucem ædere non ſunt ueriti, cuius ſane Introitus ſic habet. Dixit dominus Deus, non eſt bonum, homines eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſui. Verſus. Adhærebit homo uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Oratio uero, ſeu Collecta ſic.

Miſſa propria denuptijs Carolſtadij.

Introitus miſſæ.

Deus qui poſt tam longam & impiam ſacerdotum tuorum cæcitatem, Beatum Andream Carolſtadium ea gratia donare dignatus es, ut primus, nulla habita Papiſtici iuris ratione uxorem ducere auſus fuerit, Da quæſumus, ut omnes ſacerdotes, recepta ſana mente, eius ueſtigia ſequentes, eiectis concubinis aut eiſdem ductis, ad leguttimi conſortium thori conuertantur per dominum noſtrum &c, Proſa item ſeu ſequentia ſic.

Collecta:

Prosa de And: Carolstadio.

Deus in tua uirtute Andreas Carolstadius gaudet & lætatur thalamo copulatus.

Piscatio Episcopi ipse primum factus piscator est uxorum. ✱

✱ Fornicatores seu seruos fornicationum.

Sacerdotes Pornolatras diu ad normam reduxit matrimonij.

Is Legibus ius Romanum tuis Deus uictor strenuus subiugauit.

Consilium Pauli tui sequens, et iam bonum se ostentans coniugem.

Mirantibus inuitisq; Papistis uxorem quæsitam ædibus nuper suis intulit.

Atq; magno decore sacerdos inscripsit titulos coniugatus, Domine.

Illum sacerdotem uero tuum credimus.

Christi filij tui atq; fraterculum.

Nos ergo cõcubinis nostris grauati te Deus poscimus

Vt illuus, qui patres nostros sectatus antiquos tibi placet.

Nos imitatione gaudeamus inæternum.

Secreta.

Item secreta sic. Sacrificium nostrum quæsumus domine benignus succipias, ut quod tuæ Maiestati in Andreæ Caroloſtadij nuptialibus primitijs deuote offerimus, eius efficacia á cunctis scortationis defendamur

mur periculis. Per D. postremo Complenda sic.

Cõplenda

Sint nobis Decem auxilio sumpti sacramenti mysteria, & sicut Andreæ Carolostadij connubiali celebritate lætamur, ita fac quæsumus, sacerdotum coniugia, toto orbe fœliciter auspicentur, fœlicius succedant, & quam fœliciſsime, finiantur. Per Dominum nostrũ etc.

Carnes Asininæ pro Ceruinis.

Quam uana uero spes & nefaria precatio illorum, & quam infelix fuerit earum nuptiarum auspicium, ex subsequẽtibus planius intelligetur. Ferunt illum a uicino quodam Principe carnes ferinas ad nuptiarum celebritatem petiisse, qui mittere statuerit ei carnes asininas pro Ceruinis, mactato & excoriato asino molitoris, cuius partes in frusta dissectæ atq; uasi inclusæ, pro ceruinis comederentur, donec aures & ungulæ asini in medio uasis reperirentur. Cæterũ absente in Pathmo conficta Luthero, Carolstadius Vuittenbergæ nitebatur re exequi quæcunq; uerbo doceret Lutherus, sæuiebat itaq; in sanctorum Imagines, & in priscum Missæ ritum, unde magnam nactus famam apud Vuittenbergenses, ipsi Luthero pene par esse uidebatur. Lutherus autem ex Pathmo sua domum reuersus, inuidia tactus, ut famam illius obscuraret, facta eius publice pro concione reprobauit, illumq; in conspectu populi palam redarguit, eo sane prætextu, non quod facta secundum se mala

Inuidia Lutheri in Carolstadium

essent, sed quod non fuissent Principis autoritate attentata, Ille cum esset facundia impar Luthero, eorum populo confusus, eam iniuriam alta mente reposuit, nec unquam postea ex animo Luthero fauit. Cum autem Vuittenberge obstante Luthero non posset opiniones suas uulgo cõmunicare, abijt tandẽ illinc Orlamundam, quod sane oppidum ad Salam fluuiũ situm, eiusdem erat Principis, cuius & Vuittenberga. Nactus ibi ex fauore populi scribendi libertatem, aperte reprehendit Lutherum, non modo de Missa & de Imaginibus, uerum etiam de sacramento Eucharistiæ. Lutherus id ægre ferens, Domi quidem per uniuersitatem, In Aula uero principis per Georgiũ Spalatinum Asecretis sa tagebat, ut Vuittenbergam reuocaretur Carolstadius per iuramentũ uniuersitati præstitũ, ut prædicaret, præ legeret ac disputaret, iuxta officium suum, sicut fecerat prius. Vbi uero ille cunctaretur, et per literas populi excusaretur, missus est ipse Lutherus ad oppida principis sui ad Salam sita, ut concionando auerteret a Carolstadianis opinionibus eos populos.

Gesta Carolstadij Orlamũdę

Cum autem parũ proficeret, & multi ex plebe quoꝫ in faciem ei resisterent, & cõtra Imagines ex ueteri testamento scripturas obijcerent, ipse per Iuniorẽ Principem, Iohannem Fridericũ, qui erat filius fratris Friderici Electoris,

Proscriptio in eum per Lutherum procurata.

ci Electoris, effecit tandem, ut cunctis Ducũ Saxoniæ oppidis & finibus interdiceretur Carolstadio, Ille itaq; proscriptus, miserrime cum infæliciſsima & illegittima uxore ſua inter turbas & ſeditiones tumultuantium in Franconia ruſticorũ uagatus, nunc Rotenburgi ad Tauberum fluuium latitabat, nunc ad maternos lares Carolſtadium, Franconiæ oppidum Moganò adiacens, confugiebat, nusq; tuto conſiſtens.

Reditus eius in Saxoniam.

Tandem uero cæſis ubiq; ſeditioſis ruſticis cũ peſſime audiret ac ſuſpectus haberetur infælix Carolſtadius tanq; autor ſeditionũ, tumultuumq; incentor et ruſticorum ductor, eo neceſsitatis & miſeriæ redactus eſt, ut Inimici ſui infenſiſsimi Lutheri opẽ implorare coactus fuerit, Qui ſane aucupandæ hinc gloriæ occaſionem nactus, ut non ſolum uerbo ſed & facto maxime Euangelicus uideretur, preces inimici ſui exaudiuit, eiuſq; excuſationem Teuthonicam per Typographos euulgauit, cui adiecit ipſe præfationem, In qua non ſolum gloriabatur ſe ſuo ſummo inſeruire inimico, ſicut Chriſtus docuit, uerum etiam petebat, ut illius excuſationi acquieſcerent tum principes tum populi, licet ipſemet eum antea æditis libris de ſeditione maxime ſuſpectum reddidiſſet. Effecit præterea, ut, pateret illi reditus in Saxoniam, Ea tamen lege, ut is ſuas contra

Lutheri gloriatio de illo.

Lutherum

Miseria Carolstadij post reditū.

Lutherum opiniones neq; uerbo neq; scripto publice assereret. Ille igitur Vuittenbergam reuersus, cum præ pudore conspectus eorum hominum, apud quos antea opibus honoribusq; & dignitate floruisset, ferre non posset, secessit inglorius in proximus oppidulum atq; in circumiacentes uillas, ubi aliquandiu uitam miserrime sustinuit, factus ex Theologiæ doctore & Archidiacono Vuittenbergensi miser agricola & rusticus indoctus, qui arare nesciens, per inopiam arare cogebatur, equos habens indociles, quorum unus hac, alter illac ante aratrum pergebat, aut procedente uno stabat aut retrocedebat alter, ut cunctis risui atq; etiã commiserattoni esset uicinis.

Misera eius uxor.

Quibus & uxor eius merito miserabilis uidebatur, ut quæ ex nobili familia orta ac nobiliter educata pessimo exemplo & infelicissimo auspicio nupsisset contra ius & phas, sacerdoti, homini ignobili & alienigenæ, tot deinde modis infami, proscripto, inopi et abiecto, apud quem ne rusticus quidem pane saciari posset, cuius maritum falsum falso in nuptijs beatũ dixerant scholastici Vuittenbergenses, & pre omnibus grauissime accusauerat eũ seditionis Lutherus, non solũ priuatim per literas, uerũ etiam publice per duos bene prolixos libros. In quorũ priore Theuthonice ædito sic ait.

Etiam si iam uerum esset, & me credere oporteret,

Doctorem

Doctorem Carolstadium non intendere neq; cædes neq; seditiones, attamen dicere me oportet, eum habere spiritum seditiosum atq; auidum cædis, sicut Alstetensis, quamdiu in uiolenta Imaginũ demolitione perseuerat, temerariumq; uulgus ad se allicit, Et post pauca. At dixeris. Non erit sic obstinatus, sinet se doceri, & ab huiusmodi cœptis desistet. Quis? Doctor Carolstadius? uerba quidem pulchre scit dicere, & scriptis euulgare, quod uelit doceri, ac melioribus acquiescere, Si autem se rio intendit, ego aureus sum. Quando audiuit aut cessit ulli? Quoties monuit eum Philippus Vuittenberge, ne sic tumultuaretur cum Mose, cum Imaginibus, cum Missa & cum Confessione? Cumq; ego redirem & contra eius Iconomachiam & Missam prædicarem, quare nõ destitit, nec auscultauit? Item. Quãdo doctor Iustus Ionas & Dominus Theodericus de Byla inter nos tractarent, q; pulchre cedebat, seq; moneri sinebat? ut me etiam ad extremum citaret iudicium super missa tumultuantiũ. Et infra. Ista quoq; causa non leuis est, quod cum cælestibus cõuersatur prophetis, e quibus Alstetensis spiritus prouenit ut constat, ab his discit, ad hos coniungitur, hi occulte serpunt in terra uagantes, et cõgregantur in unũ ad Salam, ubi nidificare intendebant. Impotens Diabolus nusq; uult proficisci q; ad loca nostra, ubi prius per Euangelium spacium & securitatẽ

Verba Luth. in Carolstadium.

Carolstadius sæpe monitus, audire noluit.

Suspectus cum cælestibus prophetis.

parauimus, & nostrum solummodo nidum uult defæ-
dare ac perdere, sicut upupa cũ merula ludit &c.

Epistola Luth. ad Argentinenses.

Et in Epistola Teuthonica ad Argentinenses.
Quod me (inquit) criminatur D. Carolstadi9, quod ex
pulerim eum, ferre possem, rem ita habere, uellem & be-
ne, Deo uolente, excusare, Gaudeo autem, eum abiisse
ex terra nostra, optarim quoq;, ut apud uos non esset, eiꝫ
consulendum fuisset, ut ab eiusmodi querela abstinuisset,
uereor enim ne mea excusatio eum perquam duriter sit
accusatura. Caueat a fallaci illo spiritu, quisquis pos-
test, hoc suadeo, hic nihil subest boni, Mihi ipsi sane pro-
pemodum persuasisset Ihenæ propter quandam scriptu-
ram, ut eius spiritum non commiscerem cum spiritu
Alstetensi illo seditioso ac cædium auido. At ubi ue-
nirem Orlamundã ad Christianos eius, principũ iussu,
bene comperi, quid seminis ipse ibi seminauerit, adeo ut
gauderem, me non lapidibus & stercoribus eiectum fu-
isse, ubi nonnulli ex eis talem mihi dabant benedictionẽ,
Abscede in Mille Diabolorum nomine, ut collum
frangas priusq; oppidum exieris &c.

Cauendũ a spiritu Carolstadij.

Furor & insanitas Tho. Munceri.

Turbulentissima uero fax belli seditionisq; fuit
Thomas Muncerus presbyter, qui maiori uesania,
quam Carolstadius Lutheri uerba in opus deducere
parabat, Quippe non solum Imagines sanctorum, sed
etiam ipsa templa & Monasteria diruere, sacramenta

penitus

penitus abolere, Episcopos presbyteros et Monachos occidere atq; etiam principibus omnẽ gubernandi potestatem eripere conabatur, homo sane inquietissimus iuxta & audacissimus, qui nullo defatigatus labore, nullo absterritus periculo, longe lateq; discurrendo seminabat discordiarum zizania, populum undiq; concutans, primo in clerum, deinde & principes, Aperuit primum ipsi Luthero sua consilia Vuittenbergæ, quæ cum ille non probaret (ut affirmat) alio conuersus, omnia tentauit, donec simpliciores Turingiæ populos in omnem pertraxit calamitatem.

Luth. in Epistola ad Duces Sax

Antea quoque longe per multas discurrens prouincias, plebem concitauit ubicunque ad concionandum fuisset admissus, In pelrisque autem locis, mox ut notabatur eius intentio pessima, electus fuit, antequam occulta seditiosæ machinationis scintilla in apertum prorumperet incendium. Sic electus fuit ex Praga Bohemiæ, sic ex Gutterbach oppido Marchiæ, sic ex Zuiccania oppido Electoris Saxoniæ, sic ex Hallis in Alpibus oppido Comitatus Tyroli, sic ex Alstet oppido Turingiæ, ubi fictafuerat Lutheri Pathmos, Nam cum ibi pastorale sibi usurpasset officiũ, Lutherus uehementer incusabat eius conatus per Epistolã Teuthonicã ad duos fratres Saxo-

Muncerus è uarijs oppidis electus fuit.

Gesta Munceri in Mulhusen.

niæ Duces, atq; effecit tandã, ut inde pelleretur, pulsus autem peruenit Mulhusen oppidum Imperiale Turingiæ, atq; ibi et in circumiacentibus pagis & castellis tã ciues q̃s rusticos ad nefandissimas quasq; impietates concionando pertraxit, nempe ut abolerent omnem cultũ diuinum, ejcerent Clericos et Monachos, spoliarent templa et Monasteria, diffringerent Imagines, Ciboria et Baptisteria, cõculcarent diuina sacramenta, aliaq; id genus multa cõmitterent dictu nefanda, et pijs auribus abominabilia, Nec ijsce facinoribus et sacrilegijs contenti processerunt ultra ad opprimendas potestates seculares, ad rapiẽda bona aliena, ad subiugãdos sibi Comites a Stolberg, a Suartzburg, a Honsteyn, a Mansfelt, &c ad opprimendos Nobiles, ad diruendas arces etc.

Tonitrua & sesquipedalia uerba Munceri.

Operæ precium sane fuerit, ipsius met impulsoris apponere tonantia ac sesquipedalia uerba, Sic ergo scripsit Teuthonice ex Mulhusen ad rusticos Turingiæ. Purus timor Dei. In primis, Chari fratres, q̃s diu dormitis? q̃s diu uoluntati Dei non astipulamini, eo quod uobis uideatur deseruisse uos? Ah quoties uobis dixi, quomodo esse oporteat, Deus nequit se diutius manifestare, stare uos oportet, Et post pauca, Cauete igitur ne sitis meticulosi, negligentes, nolite adulari diutius peruersis fatuis, Impijs nebulonibus, incipite et bellate bellũ domini, tempus est ualde, instruite oẽs fratres uestros,

ne diuinũ irrideant teſtimoniũ, alioqui omnes peribitis. Mendacia cius.
Tota Germania, Gallia et Italia in motu eſt, Magiſter incepturus eſt ludũ, nebulones perire oportet, fuldæ in hebdomada paſcali. Quatuor Monachorũ collegia deuaſtata ſunt, Ruſtici in Klegen, Hegan et Nigra ſylua ſunt in armis, Trecenta Milia, & cumulus fit indies maior ac maior, Id unum timeo, ne ſtulti homines Crudelitas animi.
conſentiant in aliquam falſam concordiam. Et infra. Supramodum ſumme ſumme neceſſarium eſt, pergite pergite pergite, Nolite miſereri, ſi bona uerba uobis Eſau proponat Geneſis 33. nolite reſpicere calamitatem impiorum, Ita nobis ſupplicabunt benigne, flebunt, obſecrabunt ſicut pueri, Nolite miſereri. Quemadmodũ Deus per Moſen Deu. 7. mandauit, atq; idipſum manifeſtauit & nobis. Sollicitate in pagis et oppidis, præſertim Metallarios aliosq; bonos compotores pariter, qui ad iſta ualebunt, Non oportet nos diutius dormire. &c.

Imperioſiſſime præterea et iniurioſiſſime ſcripſit quibuſdam comitibus de Mansfelt, ſeq; iactabat ſeruũ Dei cũ gladio Gedeonis contra impios, fiebant iſta quarta hebdomada paſcæ, quo tempore diem ſibi ultimum clauſit Dux Saxoniæ Fridericus Elector, Cæterũ frater eius Dux Iohannes ad tanta ſeditioſorũ facinora, uelut diſſimulans aut deſperans, cunctabatur. Patruelis autẽ eius Apparatus belli contra ruſticos.
Dux Georgius, q; primũ de tantis malis certior factus

est mox facinorosis turbis obuiam iturus, conscripsit exercitum, Equites & pedites, ac tormentorum bellicorum uim ingentem instruxit, uocauit insuper in auxiliũ quosdam principes, Generum suum, Philippum Hassiæ Lantgrauiũ, Ducem Henricum Brunsuicensem, atq; etiam duos Electores, Mogontinum & Brandenburgensem, fratres Germanos. His omnibus ultimũ immine bat exitium, nisi coniunctis uiribus festinanter seditiosas turbas aggrederentur. Venerat Muncerus ex Mulhusen in Franckenhusen, ubi congregati erant seditiosi, quos adeo iactanter cõfortabat in scelere, ut diceret, se omnes bombardarũ globos excepturũ esse sine damno in manica sua, uerũ longe aliter accidit. Principes enim quam primum uenerunt in conspectum seditiosorum, ita terruerunt eos, ut mox literas deprecatorias ab eis missas acceperint, in hæc uerba.

Iactantia Munceri.

Literæ rusticorũ ad Principes.

Nos confitemur Iesum Christũ, Nõ sumus hic, ut noceamus cuiq; Iohannis. 1. Sed propter diuinã iusticiã conseruandã. Neq; sumus hic ad effundendũ sanguinẽ. Si uos quoq; uultis idipsum, nihil mali faciemus uobis: Secundum hæc sciat unusquisq; quid agat.

Respõsum Principum

Quibus ita responsum est a principibus. Cum uos ex deliberata iniquitate ac seductoria doctrina falsi uestri Euangelij, multipliciter contra Redemptorem nostrũ Iesum Christũ, cædibus, incendijs, uarijsq; in Deum im

pietatibus

pietatibus, præsertim in uenerabile sacramentum, alijsq; blasphemijs uos cõtaminetis, Ideo nos, tanq; ij quibus a Deo gladius cõmissus est, hic congregati sumus, ad puniendũ uos tanq; blasphematores Dei, Nihilominus autẽ, cũ arbitremur plerosq; miseros homines male ad hæc seductos esse, ex christiana charitate decreuimus, si tradideritis nobis falsum Prophetam Thomã Muncerũ simul cũ complicibus suis uiuũ foras, uosq; dedideritis & clementiæ & indignationi nostræ, nos in hunc modum uos recipiemus, & ita geremus nos erga uos, ut iuxta qualitatem causæ clementiam nostram intellecturi sitis, De his uestrum petimus responsum festinanter.

Rustici uero Muncerũ tradere nolentes, cũ præoccupassent collẽ extra oppidum, tormentorũ ictibus inde pulsi, ad oppidum confugiebant, principes autem insequuti ac simul irrumpentes, oppidum ceperunt, trucidatis super sex Milia Rusticis & alijs seditiosis in eo prelio. Infælix autem Muncerus post prælium in lecto simulata ægritudine repertus, uenit in manus principum, missusque in propinquam eamq; munitissimam arcem Helderung, traditus est in custodiam Domino Ernesto Comiti de Mansfelt, uiro pio & Catholico, cui miser minacissime paulo ante scripserat intra triduum. Principes autem belli reliquias per sequuturi duxerunt copias ad Mulhusen, quibus post prelium etiam Dux Saxoniæ Iohannes iam Elector

Cædes rusticorum in Francken husen.

Oppidum Milhusen deditũ principibus.

fratre mortuo, se cõiunxit. Ciues autem uidentes se uiribus longe impares, emiserant Oratores, qui impetrata uenia urbem dederent, principes uero non statim ueniam aut impunitatẽ polliciti sunt, sed uoluerunt ciues habere suæ clementiæ & indignationi obnoxios, iuxta qualitatem causæ singulorum. Quod audiens. Muneeri socius. Monachus Apostata, cui nomen erat fistulator, noctu clam cum socijs CCCC aufugit, uerum circa Vsennacum compræhensus reductus est, unde fugerat, Munceerus tamen longe melius clausit diem suum q̃ fistulator. Hic enim Apostatice obduratus, sine confessione et contritione, tanq̃ bestia mortem ictu gladij suscepit. Ille uero magna ductus pœnitentia summa deuotione & errores reuocauit et uenerabile Sacramentum præuia cõfessione ritu catholico sub una specie accepit, priusquam ictum gladij subiret. Hic est Munceri exitus et hæc præmia seditiosorum in Turingia.

Exitus Mũceri & fistulatoris.

EXCVDEBAT INGOLSTADII
Alexander Vueissenhorn.

De Canonicæ ſcripturę & Catholicæ Eccleſiæ Autoritate, ad Henri= cum Bullingerũ Io= hannis Cochlæi Libellus.

M. D. XLIII.

De Autoritate uerbi Dei, traditi á Patribus & scripti á Prophetis, & ab Apostolis. Cap. 1.
De Autoritate scripturę sacrę ueteris Testamẽti. Ca. 2.
De autoritate scripturarum noui Testamenti. Cap. 3.
De Autoritate Ecclesię circa scripturas. Cap. 4.
De Ecclesiæ Autoritate citra scripturas. Cap. 5.
De uero Dei cultu interno & externo. Cap. 6.
De sacramentis Ecclesiæ in lege noua. Cap. 7.
De legibus Policitis. Cap. 8.
De traditionibus Ecclesiasticis. Cap. 9.
De Constitutionibus humanis. Ca. 10.
De Autoritate generalium Conciliorum. Ca. 11.
De Ro. Pontificũ decretis & Constitutiõibus. Ca. 12.

PROLOGVS AVTORIS.

Iſce diebus, quando ad tranſmigra-
tionem & iter longinquum intentus
iam meus erat animus, incidi in duos
libros tuos, Heinrici Bullinger, ad Il-
luſtriſſimũ Anglorũ Regẽ ſcriptos,
& æditos anno M. D. XXXVIII.
Tigurí, quos ego, & ſi alijs curis occupatus, auide per-
legi, quum eſſent & elegantibus typis Chalcographi
excuſi, & ſtylo ſatis uenuſto elucubrati, teq; multa le-
giſſe ac ingenio haud rudi præditum eſſe indicarent.
Verum tale eſt utriuſq; libri argumentum, ut nulli uere
Chriſtiano & Catholicæ Eccleſię filio per omnia place
re queat.

Quod ſi ſolos repræhenderes abuſus, qui Prælato- Abuſus.
rum negligentia uergente in ſenium Mundo irrepſe-
runt, uitamq; dumtaxat ſcandaloſam & prauos mores
plurimorum ex Clero, qui ſuo in Eccleſia non recte
fungunt officio, palam argueres, aut quantumuis acri-
ter inſectareris, non ſolum tacitus comprobarem, ue-
rum etiã publice collaudare non uererer. Quoniam ue-
ro præcipua totius religionis noſtrę capita (quibus la-
befactatis aut ſubuerſis cunctarum periclitaretur ſalus
animarum (impetis hoſtiliterq; oppugnas, nõ licet mi
hi, ſtimulante ad debitum officium conſcientia, ad om-
nia tacere, aut deſidioſe diſſimulare. Quamuis ignorẽ
quæ tua ſit conditio, qui ſtatus, quæ functio. Quod

ęquanimiter feras, rogo, nec mireris, quum tam longa sit inter nos locorum distantia, nempe à Tigurina urbe Vratislauiâ usq;, nec de te quispiã ad me scripsit unq;, aut certi aliquid retulit, neq; nomen tuum reperi commemoratum in aliorum scriptis, quæ uiderim, neq; in disputationibus publice habitis apud Heluetios, Badẽsi ac Bernensi quantum meminisse queo.

Odium iniquũ con. Ro. Eccle siam.

Scribo itaq; ignotus ad ignotum, nullius in te odij aut inuidiæ mihi conscius, nec ullã aduersus te causam priuatim habens. Tantum de ueritate fidei & publica religionis Christianæ causa solicitus, q; uideo te multæ lectionis & acris ingenij uirum, graui zelo Romanæ infensum Ecclesiæ, & omnibus qui cum ea sentiunt aduersari, & cunctis ab illa discessionem facientibus cõgratulari. Hoc autem q; nouum sit apud Catholicos, et à doctrina sanctorum patrum alienum, te ignorare nõ puto. Quem enim dabis mihi ex omnibus omniũ retro sęculorum Doctoribus uere Christianis & Catholicis, qui talem à Ro. Ecclesia discessionem suaserit aut approbauerit unquam? Hic breuiter unũ tibi obijcio Lutherum, quem tu optimum ac Orthodoxum uirũ dicis. Is certe in plærisq; scriptis suis publice attestatus est (quod & in Lipsica disputatione fecit) Bohemorum discidiũ nulla posse excusatione defendi, quin sit impium & omnibus Christi legibus contrarium, eoq; sit contra charitatem. In qua omnes leges summantur.

Quod si me patienter audieris, ablegatis paulisper (dum me alegeris) sinistris odij affectibus, spero te deinceps æquiori ac tractabiliori in Ro. Ecclesiam animo futurum esse, minusq; desyderaturum, ut ab ea separationem faciamus. Qui autem non sit mihi modo iu-

stum

stum ab occupationibus, & curis ocium aut uacatio, non intendo ad omnia tua figillatim respondere, sed ad præcipua duntaxat rerum disputabilium capita, quæ grauioris sunt ponderis & momenti, tu lege, præcor, cum iudicio, liber ab affectibus iniquis, ut sola prævaleat inter nos ueritas.

DE AVTHORITATE VERBI DEI, TRADITI á Patribus & scripti á Prophetis, & ab Apostolis.

CAPVT. I.

HAEc de uerbo Dei quæstio tua curiosa potius q̃ necessaria uidetur. Neq; enim Papa, neq; Catholicorum quispiam uerbo Dei siue scripto, siue tradito arrogat, autoritatemue eius labefactatam cupit. Non leuis uero inter nos & uos contentio est, an omnia sint in sacra scriptura expressa, quæ credere ac tenere debemus. Si omnia sunt scripta, ut contenditis, quid sibi uult titulus tuus de uerbo Dei tradito à patribus? Nos cũ Origine & Augustino credimus, multa nobis ab Apostolis tradita esse quę nõ sunt in scripturis expressa. Proinde quærimur,

Non omnia sunt scripta.

rimur talia inique à uobis reiici & aboleri, quum uiua illorum traditio nõ minus à spiritu sancto sit q̃ est eorum scriptura, quã post se nobis reliquerunt. Itaq; per-
2. Thess. 2. sepe obiecimus uobis illud Apostoli. State fratres, & tenete traditiones quas didicistis siue per sermonẽ, siue per epistolam nostram. Quid ad hoc respondistis?

Si ergo recte pro uerbo Dei habentur traditiones patrũ, quæ legem Moysi præcesserunt, ut dicis, cur nõ habeantur pari ratione pro uerbo Dei traditiones Apostolorum quæ uel præcesserunt Euangelium scriptum, uel in Euangelio scripto non sunt expressę? Certe multa tradiderunt primis Christianis Apostoli antequam ullum esset scriptum Euangeliũ. Quandoquidẽ ultra L X. annos fuerint Christiani post ascensionem dñi, antequã suum scripsit euangelium Ioannes. Quis uero credat omnia esse scripta, quæ præcipui duo Apostoli Petrus & Paulus, annis xxxvi. post domini passionem Iudæis ac Gentibus ad Christum cõuersis, per tot prouincias Ro. Imperij & diuersa terrarum loca, tradiderunt? Vnam habemus Petri epistolam, quã scripsit electis & aduenis dispersionis Ponti, Galatię, Cappadociæ, Asię & Bithynię. Nunquid unum duntaxat sermonem uiua uoce habuit Petrus ad tot gẽtes & populos, quibus Christum prædicauit? Certe non sedit mutus aut vij. annis Antiochiæ aut xxv. Romæ in Cathedra. Qua autem fronte dicas ea omnia, quæ di-
Rom. 15. xit, in una aut altera eius epistola comprehendi? Neq; de Paulo id recte dixeris, qui ab Hierusalẽ per circuitũ usq; ad Illyricum repleuit Euangelium Christi, non ab
1. Cor. 11. ipso scriptum, sed uiua uoce traditum, sicut ait ad Corinthios. Cætera cum uenero disponam.

Quum

Quando igitur mox in primo prioris libri tui capite quereris, nunc oppugnari, capi, & indigniſſime tracta ri uerbum Dei: hanc tuam querelam, quã in Papã & Epiſcopos inuidioſe torques, nos rectius in uos noua rum ſectarum propugnatores retorquere poſſumus. Quia & uerbũ Dei, quod ab Apoſtolis Eccleſia tradi tionibus non ſcriptis accepit, reiicitis, & uerbum Dei ſcriptũ aliter docetis q̃ tot retro ſæculis docuerunt pa tres noſtri, ſancti dei homines. Quare uos merito repre hendit uerbum Apoſtoli, dicentis ad Galatas. Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis, ana thema ſit. Item ad Romanos. Rogo aũt uos fratres, ut obſeruetis eos, qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinam quam uos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Hęc tibi recito dolenter, ò Bullinger, quia mallẽ te tuiq; ſimiles ingenio & eruditione rectius uti, in tracta tione uerbi dei, ad reſtaurandam potius Eccleſiæ uni tatem, q̃ ad ſeditioſam à Papa, & Ro. Eccleſia diſceſ ſionem latius ampliandam.

A quibus in digne tracta tur uerbũ dei.

Gal. 1.

Rom. 16.

Velim uos metuere illud quoq; eiuſdẽ Apoſtoli. Vti nã & abſcindantur qui uos conturbant. Si quęritis in quo nos conturbetis, dico, in q̃ plurimis ſane, de quib. aliter docetis q̃ docuerũt Patres noſtri. Si neges, peto, ut dicas, quiſnam ſanctorum patrum ita maledixerit Papæ, ita ſuaſerit à Ro. Eccleſia diſceſſionem, ita mu tauerit uſum ſacramentorum, ita aboleuerit conſuetas Eccleſiæ Cerimonias, Quadrageſimę obſeruationem, Apoſtolorum ac Martyrum Chriſti feſta, et inuocatio nem, atq; id genus innumera alia, ſicut uos iam ultrà xx. annos audaciſſime (ne quid grauius dicam) feci ſtis, & adhuc facitis, atque ita populum Dei ex uno

Galat. 5.

A quibus con turbantur fide les.

Chriſti

Christi ouili in diuersa sectarum agmina dispergitis, contra manifestum Christi mandatum euangelicum. Matth. 23. Non uocemini (inquit) magistri, quia magister uester unus est Christus. Item fiet unũ ouile & unus pastor. Ioh. 10. et 17 Et rursus. Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Quapropter non iniqua est piorũ aduersum uos querela, cuius tute mentionem facis, nempe scindere uos inconsutilem Christi tunicam, Petri cathedram inhonorare, & quãtum in uobis est subuertere, Ecclesiæ sponsę Christi autoritatem & gloriam polluere, lacerare ac pedibus calcare, deniq; sepultas hæreses ex inferis excitare. Hæc omnia clarius ex subsequentibus patebunt.

DE AVTORITATE SCRIpturæ sacræ ueteris Testamenti.

CAPVT. II.

DIcis scripturam non indigere approbatione Ecclesiæ, & addis, grandem esse impietatem, & superbiam plane luciferianicam, sic sentire, quod ecclesiæ approbatione egeat scriptura. Quanq; postea fateris in subsequenti capite, fuisse de libris Canonicis iudicium apud ueteres, addis tamen illud iudicium nõ ex seipso natum, sed ex ipsis formatum esse scripturis. Sed dic mihi quæso, ex quibusnam scripturis formatum fuerit illud iudicium. Quę enim scriptura præcipit, tantum xxij. libros habendos esse Canonicos? Aut qua ex scriptura probabis, librum Hester potius q; librum Iudith aut Tobiæ, inter Canonicos libros receptum aut recipiendum esse? Qua item ex scriptura probabis mihi, Iudicium Ecclesiæ de libris Canonicis.

Moysen

Moysen, Quiq; scripsisse libros, quos græce Pentateu-
chon uocamus? Cuius præterea scripturę autoritate
cõuinces librũ Iosue aut Iudicũ Autenticũ potius esse
q̃ librũ sapientię? Aut libros Regum potius q̃ libros
Machabęorum Canonicos haberi? Aut cur Duo libri
apud nos & unus apud Iudæos Paralipomenõ Agio-
graphus: liber autem, qui Ecclesiasticus dicitur, Apo-
cryphus dici debeat? Hæc & id genus multa non ex
scripturis, sed ex Ecclesiæ autoritate habemus, si Hiero
nymi in Galeato principio sententiam sequamur, qui
Hebræorum Canonem approbat.

Libri Canonici Vet. test.

Mihi autem magis arridet Augustini de doctrina
Christ. lib. 2. c. 8. sententia, qui nõ secundũ Iudęos, sed
secundum Christianos enumerat sacrę scripturę libros
Canonicos Veteris Testamenti, nõ xxij. tantũ, sicut Io
sephũ Iudęũ secutꝰ facit Hieronymus, sed xliij. libros,
secutus in hoc Iudiciũ & autoritatem Carthaginensis
Concilij Tertij. Quid ad hęc dices ó Bullinger? Nun-
quid recte, honeste aut pie poteris Augustino & Con-
cilio Carthaginensi, Luciferi superbiam et impietatem
imputare, q̃ inter Canonicę scripturę Vet. Test. libros
recensent & approbant non xxij. dũtaxat libros (sicut
tu facis Iudæorum comprobans Canonem & senten-
tiam) sed xliij. Quos per totum orbem terrarum legũt
ac recipiunt Ecclesiæ Catholicæ? Quamuis uero Cõ-
cilijs contumnaciter atq; superbe contradicas, durumq;
teipsum constituas censorem & Iudicẽ: Augustino ta-
men ut aliquem deferas honorem ipsa poscit æquitas,
Quandoquidem tu ipse hoc in loco libri tui permulta
ex scriptis ejus recitas, ac petis, ut eum audiamus uelut
inter Christianissimos Antitistes maximi nominis.

Concil. Carthag. c. 47.

Q. igitur Ecclesiæ iudicio et ap,ꝓbationi atq; receptiõni non nihil tribuendum sit, circa scripturarum, an Canonicę sint habẽdę nec ne, autoritatẽ, ex iã dictis patet.

Regula Aug. de scripturis Canonicis.

Quibus & ea adijciã, quæ idẽ Augustinus, in eodẽ libro & capitulo pręmittit. In Canonicis (inquit) scriptoris, Ecclesiarũ Catholicarũ q̃ plurium autoritatem sequatur, Inter quas sane illæ sunt, quas Apostolicas sedes habere & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modũ in scripturis Canonicis, Vt eas, quę ab omnibus accipiuntur, Ecclesijs Catholicis, p̃ponat eis quas quędam non accipiunt. In eis uero, quæ non accipiuntur ab omnibus, pręponat eas quas plures grauioresq; accipiunt, eis quas pauciores minorisq; autoritates Ecclesię tenẽt. Si aũt alias inuenerit à pluribus, alias à grauioribus haberi, quanq̃ hoc inuenire non possit, æqualis tamen autoritatis habendas puto. Hæc ibi Aug. Quibus certe nequaq̃ contraria sunt, quæ á te hic ex alijs eiusdẽ Doctoris & Episcopi, maxime Orthodoxi, libris recitantur. Neq; contra nos Catholicos & antiquæ fidei assertores faciunt quicq̃, sed magis cõtra nouas huius tẽporis sectas, & cõtra quoslibet hæreticos, qui temere usurpant sibi autoritatem iudicãdi de plærisq; sacrę scripturæ libris, quos tot sęculis pro Canonicis tota habuit (si Augustino & Concilijs antiqs credimus ut debemus) Ecclesia Christi.

Non disputandum cum hæreticis de scripturis.

Sic enim ait in libro de præscriptionibus hęreticorũ uetustus autor Tertullianus Apher. Scripturas obtendunt hæretici, & hac sua audacia statim quosdam mouent, In ipso uero cõgressu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cũ scrupulo dimittunt. Hunc igit̃ potissimũ gradũ obstruimus, non admittẽdo eos

ad

ad ullã de scripturis disputationẽ. Quoniã nihil ꝓficit cõgressio scripturarũ, nisi plane ut aut stomachi qs ineat uersionẽ, aut cerebri. Ista hęresis nõ recipit quasdam scripturas. Et si quas recipit, adiectionibus & detractionibꝰ ad dispositionẽ instituti sui interuertit. Etsi recipit nõ recipit integras. Etsi aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones cõmentata cõuertit Tantum ueritati obstrepit adulter sensus, quãtũ & corruptor stylus. Hæc Tertull.

Quid aũt respõdebis nobis hic de Luthero, ꝑcipuo nouarum sectarum autore, In quo tu spiritum Heliæ à domino excitatum falso affirmas. Is autem Moysen, *sc.* primum et pręcipuum ac maximum uet. testi. autorem in plęrisq; scriptis suis, pręsertim uero in sermone quodam de Mose & lege (quem post seditiosorum agricolarum cladẽ euulgauit) Christianis prorsus interdixit. Hæc. n. sunt eius uerba. Suermeris (inquit) legẽ prędicantibus ita obturandũ est os atq; dicendũ, Moses nihil ad nos pertinet, Ego Mosen nõ accipio. Nam si acciperem eum in uno mandato, oporteret me totum Mosen accipere, Et sic necessarium foret, ut circumciderer, uestes lauarem. Iudaicoq; ritu cõmederem ac biberem. Seditiosi autem prophetæ nostri dicunt, Verbum Dei esse quod in Mose legitur, Totum quidem uerbum Dei est, sed uerbum Dei huc, uerbum Dei illuc, Oportet me scire & consyderare, ad quem nam uerbum Dei dictum sit, longe enim abest, ut tu sis ille populus, ad quem Deus locutus est. Seditiosi igitur prophetę, uolẽtes aliqd noui ꝓferre, dicebant. Oportet uerꝰ q; Testa. obseruare, atq; ita abduxerũt miseros colonos in oẽm calamitatẽ, pdentes eis & uxores & liberos.

Iudicium Lutheri de Moy.

Etẽ Exo. 20. sic ait Deus. Ego sum dominus deus tuus, qui te ex Aegypto de domo seruitutis eduxi. Ex hoc textu clare habemus, ꝙ etiã decem prẽcepta ad nos non pertinent. Non em̃ nos sed solos Iudẽos ex Aegypto eduxit. Ex tertio quoꝙ præcepto probari potest, Mosen ad Gentes & ad Christianos nõ pertinere. Paulus em̃ & nouum test. abrogant sabbatũ, ut palpari possit, solis Iudẽis traditum esse sabbatũ, quibus id rigidũ erat prẽceptum. Iudẽis igitur Mosen tuũ prẽdica. Ego Iudẽus nõ sum, Noli igitur mihi cũ Mose molestus esse. Nam si Mosen in uno articulo acceptarem (inquit Paulus Gal. 5.) debitor fierem uniuersę legis obseruãdę. Nullus igitur apex in Mose ad nos pertinet. Hæc ibi Lutherus.

Decem præcepta.

Nouus Manichęi discipulus.

Contra quem sane multo iustius expostulare, et pro autoritate Ve. testa. cõtendere poteris, uelut cõtra nouum Manichęi discipulũ, ꝙ contra Papam & omnes Catholicos, apud quos salua est ueteri ꝙq; testamento sua autoritas, quę in Ecclesia Catholica semp fuit. Pro qua & asserenda docte ac copiose scripserunt plerique patres antiqui, p̃sertim uero Tertullianus in libris Quinq; contra Martionẽ Pontinũ & Augustinus in libris xxxiij. contra Faustum Manichæũ. Nos certæ adhuc hodie Mosen cęteroſq; prophetas & libros Vet. Testi. uenerabiliter in Ecclesijs nostris publice prædicamus, legimus & cantamus, atq; etiã in scriptis nostris, uelut Autenticos, citamus, Quare iniusta & prorsus inanis est, tua in nos super his quærela. Indicta Lutheri iam supra à me bona fide recitata inuehere, si libet, Aut in Suermeros nouos, quos Lutherus Antinomos uocat. Ipsorum enim non nostræ sunt propo-

Antinomi.

propositiones istæ. Lex non est digna aut uocet uerbū Dei. Item. Decalogus pertinet ad prætorium, non ad Ecclesiæ cathedram. Item. Omnes qui cum Moyse agunt, ad diabolum abire oportet. Item. Ad turcas cū Moyse.

Nos autem firmiter credimus omnia, quæ tu adeo prolixe, tum ex Augustino de sacra scriptura, tum de Christo in sequenti capitulo commemoras, idq; facis præter omnem necessitatem maligne, tanq; Papa & Catholici negent aut abrogent (quod abeis longissime profecto abest) uel scripturis Canonicis uel ipsi Christo authoritatem & fidem, nos certe nihil dubitamus uel de scripturis canonicis uel de ipso Christo, neq; pluris facimus aut præponimus (ut inuidiose dicis) Ecclesiæ iudicium uerbo Dei, sed rectam scripturarū sanctarum intelligentiam ab Ecclesiæ potius doctoribus q; ab aduersarijs & hæreticis addiscimus, & de scripturis, quæ nam autentice sint & diuinitus traditę, ecclesiæ potius q; synagogæ, & hæreticorum iudicium sequimur & approbamus. Proinde non concesserim tibi Christum semel reijcere omnium hominum approbationem, ut dicis, uult enim nos homines in ipsum credere, hoc est fidem habere. Creditis in deū (inquit) & in me credite, quis autem credit nisi qui approbat? Propterea enim non credunt ueteri testamento Manichæi, neq; nouo Iudæi, ac Turcæ & sarraceni, quia nō approbant, Christus igitur nequaq; reijcit approbationem hominum, à quibus exigit utiq; fidem & incredulos damnat, dicens, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit, condemnabitur. Item. Nō creditis, quia ego in patre, et pater in me est?

Malignitas in Catholicos.

Approbatio.

Ioh. 14.

Mar. 16.

Ioh. 14.

Alioquin propter opera credite. Item ad Iudæos ait.
Ioh. 5. Est qui accusat uos Moyses, in quo uos speratis. Si enī crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me .n. ille scripsit.

DE AVTORITATE SCRIPTVRARVM NOVI TESTAMENTI.

CAPVT. III.

DE Euangelio quoq; & alijs noui Testamenti scripturis superflue contēdis, & sine causa uerba multiplicas contra nos, qui nihil autoritati scripturarum noui, sicut nec uete. testamenti, detrahimus, sed dolemus potius & reprehendimus omnes, uelut hæreticos et incredulos, quicunq; contra Euangelium aut contra ullam noui testamēti scripturam male blaterant & nugantur. Nos certe non dicimus, potiorem & maiorem esse Ecclesiæ q̄ Euangelij aut Canonicę cuiuslibet scripturæ autoritatem, sed tecum unanimiter credimus, omnem scripturam sacrā, suam è cælo & à spiritu sancto (qui utiq; potior ac maior est q̄ Ecclesia) habere autoritatem, certitudinem & infallibilem ueritatem, et Anathema dicimus omnibus qui aliter sentiunt. Ipse enim est spiritus ueritatis, Apostolis & Ecclesię à Christo promissus ante eius passionem, ac post ascensionē manifeste in lignis igneis datus, ut doceret eos omnem ueritatem, à quo & Ecclesia habet, quod ab Apostolo Paulo dicitur basis et colūna ueritatis. Quia datus est ei à Christo spūs ueritatis, ut cū ipso maneat in ęternū.

Nō est maior Ecclesiæ quā scripturarum autoritas.

1. Timo. 3.
Ioh. 14.

Verbum itaq; S. Augu. Euangelio nō credere &c. non sic intelligimus, quod maior debeat esse Ecclesiæ q̄ Euan-

q̄ Euangelij autoritas, sed tecum concedimus libēter, Euangelium habere autoritatē ab ecclesia, nō uelut ab autore aut iudice (quē Christū potius et spiritū sanctū esse credimus) sed ueluti à teste & commendante ut dicis. Quid aūt aliud est testificari & cōmendare, q̄ approbare? Iniuste igitur reprehendis nos propter approbationē, qui testimonium concedis & cōmendationē. Nisi enim Ecclesia quatuor, quæ habemus & firmiter credimus, Euangelia approbasset, ac præ alijs, quæ circumferebantur, tanq̄ certa & Autētica recepisset; eiq̄ testimoniū ueritatis prohibuisset, nō sciremus hodie Marci potius & Lucę Euangelium suscipiendum esse q̄ illud quod Petri, Thomæ aut Bartholomæi dicitur Quoniam Apostolis, qui Christum in carne uiderunt atq; audierunt, nō minus, imō potius credendū pūtaremus q̄ alijs discipulis. Quum aūt Ecclesia testificetur & certiores nos faciat, alia Euangelia, quæ nō sunt recepta, non uere ab Apostolis ipsis, Petro, Thoma & Bartholomęo sed ementitis titulis ab impostoribus quibuspiā scripta esse, sicut uere à Marco et Luca ista, quę habemus, scripta sunt. Recte ac merito deferimus Ecclesiæ autoritati, approbationis honorē, sicut facit August. Ipsa enim excellentius habet spiritum ueritatis q̄ ullus hominū. Nulli. n. hominum sicut ecclesię, dictū est, manere apud eum spiritū ueritatis in æternū. Omnis. n. hō mēdax, Ecclesia uero, quā in fide sibi despōdit & spōsauit Christus dicitur, & est colūna & firmamentū ueritatis. Nō habes igit̄, ò Bullinger cōtra nos Catholicos, sed magis cōtra Lutherum & alios nouarū sectarū siue autores siue ꝓpugnatores, iustas asserendæ euāgelicę ueritatis, atq; autoritatis scripturarū noui

Quatuor euā gelia ab Ecclesia approbata.

Ecclesiæ autoritas.

Psal. 115. Osee. 2. 1. Tim. 3.

Testa.

Testa. causas. Nos enim Catholici oēs noui testamē-
ti libros pro Canonicis & sacrosanctis habemus, quos
hactenus tota tenuit Ecclesia, quosq; Concilium Car-
thaginense tertium & S. Augustin. In supradicto de
Christiana doctrina libro commemorāt.

Lutheri de libris noui testamenti iudiciū.

At Lutherus in sua in nouum testamentum præ-
fatione, & in plerisq; prologis Canonicarum epistola-
rum atq; Apocalypsis audacissimum sese scripturarum
noui Testamenti censorē, Iudicemq; constituit, aliisq;
Suermeris ad temeraria de scripturis sanctis iudicia fal
sasq; & impias censuras licentiæ fenestram aperuit atq;
audendi ansam prebuit. Hæ enim ipsius, non nostræ
sunt propositiones.

Luth. in præfatione noui testamenti.

I. Ea opinio, quod quatuor tantum sint Euangelia
totidemq; Euangelistæ, repudianda est.

II. Exterminanda est & illa persuasio, qua quidam
noui testamēti libros partiuntur in legales, historiales,
prophetales & sapientiales.

III. Caue, ne ex Christo Moysen quendam facias,
neue ex Euangelio legum tabulas.

IIII. Neq; enim Euangelium exigit nostra opera,
ut ijs iusticiam atq; salutem consequamur. Immo dā-
nat potius omnes humanas uires, solamq; fidē in Chri
stum requirit.

V. Euangelium non est liber quidam legum, sed tā
tum commendatio beneficiorum Christi, quæ percī-
piunt omnes credentes.

VI. Ex his iam perspicue iudicare poteris de omni-
bus libris noui testamenti, recteq; discernere atq; statue
re, qui sint præstantissimi.

VII. Epistolæ Pauli & Petri, tribus Euangelistis
Mathæo

Matthæo Marco et Lucæ, quos longe excellunt, præponendæ sunt, Iohannis autem Euangelium primo habendum est loco.

VIII. Epistola ad Hebræos durum habet nodum, q̃ in vi. & x. capitul. simpliciter abdicat ac denegat pœnitentiam peccatoribus post baptismum, & in xij. cap. ait, Esau quæsisse pœnitentiam, non tamen inuenisse. qd̃ ẽ contra oĩa Euãgelia, et cõtra oẽs Epistolas Pauli. *Luth. in Prologis.*

IX. Ista ad Hebræos Epistola nec Pauli est nec ullius Apostoli.

X. Epistola Iacobi, nullius est Apostoli, quia directe contra Paulum & omnem aliam scripturam tribuit operibus iustificationem.

XI. In Apocalypsi uaria desydero, ideo eam neq; Apostolicam neq; propheticam existimo.

XII. Ipsa beatos dicit eos, qui seruant ea quæ in ea sunt scripta. Cum tamen nemo sciat quidnam sit, taceo ut seruet, Atq; tantundem est, ac si eam nõ haberemus.

Hæc & id genus plura, Lutheri, non nostra, de scripturis noui testamenti sunt iudicia.

De quibus audatius adhuc magisq; impie iudicauit post eum Otto Brunfelsius (quẽ tibi notissimũ fuisse arbitror) in quodam problemate. Is em̃ nullã uult scripturam dici sanctam præterq; uetus Testamentum. Ideo non censet inter sanctas scripturas Euangeliũ, sed habet illud pro mera relatione Cabalistica, qua inuicẽ alius erudit alium. Atq; huc omnia tendere affirmat, ut Apostolos hoies fuisse credamus & labi potuisse, atq; etiã pugnãtia scripsisse. Quod sane in plerisq; adeo euidens esse dicit, ut cõponi neq; possit neq; uelit, quicqd tandẽ mollatur Augusti. Hæc ille, Quæ tu omnia dissi- *Iudiciũ Brunfelsij de Euãg.*

C mũlas,

mulas, & interim in Papam & nos Catholicos, qui longe sanctius de scripturis sentimus, odiose stylum acuis & distringis: Cũ tamẽ nihil contra nos faciant, quę tu de uerbi dei & sanctarum scriptuarum autoritate uirtute, antiquitate & excellentia, permulta deinceps capitula, diffuse contra persecutores & contra Philosophos cõmemoras. Proinde nulla nobis ad ea opus respõsiõe.

DE AVTORITATE Ecclesiæ circa scripturas.

CAPVT. IIII.

Verba Christi. Ioh. 5.

OBijcis nobis illud Christi, Ego uero ab hominibus testimonium non accipio, Et mox ita subsumis, Est autem Ecclesia congregatio hominum, Inde tacite colligis, Christum non accipere testimonium ab Ecclesia, quæ hominũ cogregatio est. Et tamẽ tu ipse post pauca interposita uerba, concedis intellectu (ut ais) sano, Euangelium habere ab Ecclesia autoritatem, non quidem ut ab autore aut iudice, sed ueluti à teste, & à commendante, si ergo Euangeliũ ab Ecclesia autoritatem habet, uelut à teste, q̃ sit uera & Apostolica prædicatio, Nam ita didicit (inquis) accepitq; ab ipsis Christi Apostolis, Quinimo tales testes & ipsos Christi Apostolos fuisse affirmas, Quõ igitur constat sibi hoc argumentum tuum?

Chryso. in Ioban. Homil. 39

Consultius autem ageres, si super huiusmodi dictis Christi antiquos consuleres Ecclesiæ Doctores priusq̃ pronunciares. Diligenter inuigilãdũ est (inquit Chrysostomus) ne nudis uerbis insistamus, Ita hęretici in errorẽ incidũt, neq; sentẽtiã, neq; audientis habitũ inquirentes.

rentes. Nisi ẽm tempora, locos, auditorẽ & alia huiusmodi cõsyderemus, multa sequerentur absurda. Et Augustinus. Neq; sunt natæ (inquit) hæreses & quędam dogmata peruersitatis, illaqueantia animas & in profundũ prępitantia, nisi dũ scripturæ bonæ intelligun tur non bene, & quod in eis nõ bene intellígitur, etiam temere & audacter asseritur. Itaq; charissimi, ualde caute hęc audire debemus, ad quę capienda paruuli sumus, et corde pio & cum tremore, sicut scriptum est. Hanc tenẽtes regulã sanitatis, ut qđ secũdũ fidẽ, q̃ imbuti sumꝰ intelligere ualuerimus, tãq; de cibo gaudeamus: Quod autẽ secundũ sanã fidei regulã intelligere nõ poterimꝰ, dubitationẽ auferamus, intellígentiã differimus, Hoc est, ut etiamsi quid sit nescimus, bonum tamen & uerum esse minime dubitemus. *Aug. in Ioan. tractatu. 18.*

Si hanc uos Augustinum admonitionẽ animaduerteris ò Bullinger in scripturarũ interpretatione, nõ essent hodie in sectis uestris tã multa noua aut male renouata, cõtra Ecclesiã & antiquã fidei regulã, dogmata puersitatis, sed cogitaretis aut diceretis humiliter cum Augustino. susceptimus tractãda diuina nos hoies, spiratalia carnales, et æterna mortales, longe sit à nobis uana præsumptio, si uolumus sani in domo dei cõuersari, quæ est ecclesia dei uiui, columna & firmamentum ueritatis. *Aug. Admonitio.*

Illud igitur uerbũ Christi, Ego ab hominibus testimonium nõ accipio, lõge aliter exponunt atq; intelligunt sacri doctores nostri, q̃ tu facis, Textus Euãgelij sic habet, Vos misistis ad Iohannem, et testimoniũ perhibuit ueritati, Ego aũt nõ ab hominis testimoniũ accipio, sed hæc dico ut uos salui fitis. Ad hęc sic ait D. Cyrillus, Non quasi deiectam Iohannis uocem negligit, *Expositio uerborũ Christi.*

neq; testimonium illius tanq; inutile repellit, sed quia Iudæorum inobedientiæ se opponit, ad maiora necessario dignioraq; scanda &c.

Rupertus uero Tuitiensis quondam Abbas sic ait in persona Christi. Notate qd dico quia testimoniũ ego ab hominibus non accipio. Quid enim? Nũquid hoc dico, q uelim claudere ora hominũ testimonium mihi perhibentium? Nunquid ego asperner angelum meũ, ad hoc missum ante faciem meã, ut testimonio suo præ pararet uiã meã? Nõ est ita, sed diligenter animaduertite quæ dico, Non dico, quia testimoniũ hominis uel per homines perhibitum non accipio, sed testimonium ab hominibus non accipio. Nam testimoniũ bonorũ & ueracium hominũ, nõ ab ipsis hominibus sed à Deo est, & per homines quidem perhibitũ sed Dei testimonium est. Quid est em̃ ab hominibus uel secũdũ homines testimoniũ accipere, nisi laudẽ, q̃ nõ ex deo ꝓfecta sed ex hominibus nata & cõflata est, quęrere? &c. Reliquorũ expositiones hic breuitatis gratia omitto. Certum sane est, Christum Iohannis testimoniũ nequaq; repulisse. De quo sic scriptum est. Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum, Nec Moysi aliorumq; prophetarũ reiecit testimonia. De quibus ait Apostolus, Quoniã necesse est impleri oĩa, quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & Psalmis de me. Quin etiam Martyres græce à testimonio dicti sunt. Sic & Ecclesia in canticis & hymnis de Christo testimonium perhibet, Eiusmodi autem testimonia, non ab hominibus aut secundũ hoĩes sunt, sed à spũ sancto qui Deus est. De q̃ ait ipse Chr̃s dn̄s ad discipulos suos. Nõ em̃ uos estis q̃ loquimini

Testimonium ab hominibus.

Iohan. 1.

Luc. 24.

Math. 10.

quimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Item. Ille suggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis. Item dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij uestri. Ioh. 14. Luc. 21.

Ecclesiæ igitur testimonia de Christo & eius Euangelio, nō ab hominibus, aut secundum homines sunt, sed à Deo, spiritu sancto, qui datus est ei, ut doceat ipsam omnem ueritatē. Neq; enim solis Apostolis promissus aut datus fuit. Ait enim de eo dominus, ut maneat uobiscum in æternum. Non igitur contemnenda aut reijciēda est Ecclesiæ autoritas circa scripturas, sed magni facienda prorsus, et uelut sacra ancora (quod dici solet) habenda, ad quam necessario confugimus, uelut ad columnam & firmamentum ueritatis, ubicunq; de scripturarum uel approbatione & receptione uel recta expositione & intelligentia oritur quæstio. Quisquis autem superbit, ac propriæ innititur prudentiæ, incidit in laqueos Diaboli, & relicta Ecclesiæ ancora naufragium circa fidem facit. Vnde enim orti sunt hæretici, nisi ex contemptu autoritatis Ecclesiæ? *Ecclesiæ circa scripturas autoritas.* Ioh. 14. *Prouer. 3.* 1. Tim. 1.

Si Lutherus aut quiuis alius Ecclesiæ desertor hostis & oppugnator, qui præter scripturā nihil uult admittere, aut pro autētico agnoscere, resisteret tibi in faciem, ac diceret. Nego Moysen scripsisse quinq; libros aut Pentateuchon. Quid responderes, quum id ex scriptura Canonica probare non possis? Quid si negaret quatuor Euangelia, quę habemus, à Mathæo, Marco Luca, & Iohanne scripta aut ædita esse: Qua tu id scriptura probares? Si libros Iosue, Iudicum & Regum Apocryphos & incerti autoris esse diceret. Qua quæso scriptura eos Canonicos & certi autoris esse probares? *Ad scripturas perneccessaria est Ecclesiæ autoritas.*

Si librum Iob ex Canone reiiceret, tanq; Apocryphũ aut ab homine Gentili scriptum. Qua tu scriptura cõuinceres illum uel Autenticum esse uel à Moyse, nõ à Gentili homine scriptum, atq; à Iudæis primũ postea etiam à Christianis in Canone receptum esse?

Aug. de hæresibus. c. 30.

Item si sacratissimum Lucæ Euangelium reiiceret, sicut Alogiani (teste S. Aug.) reiecerunt Euangeliũ Iohannis, qua possis ostendere scriptura uel hoc, quod habemus, Euangelium à Luca, nõ ab alio, scriptũ esse, uel recipiendum potius esse q̃ Euangelium Bartholomæi Apostoli (de quo sic refert antiquissimus scriptor

Dionysius.

S. Dionysius S. Pauli discipulus, in mystica Theologia. Sic itaq; diuinus inquit Bartholomæus ait, & plurimam Theologiam esse & minimam, Euangeliumq; & latum & magnum rursusq; concisum) aut Nicodemi, de quo crebra et honorifica in Euangelio probatissimo Iohannis fit mentio, sub cuius nomine adhuc hodie circumfertur quoddam à nescio quo scriptum Euãgeliũ? Si ergo diceret, Bartholomæi potius q̃ Lucæ approbandum est Euangelium, quia Lucas non fuit Apostolus unus ex duodecim sicut fuit Bartholomæus, qua eũ confutares (rogo) scriptura? Si diceres, ex titulo conuinci, hoc quod habemus, Lucæ Euangeliũ esse, & ille replicaret, incertum esse et inualidum ex solo titulo argumentũ, quia fictus et supposititicius posset

In decretis, distin. 15. c. sancta Ro.

esse titulus, qualis est & aliorum Euangeliorum Apocryphorum (quæ in Decretis ex Gelasio Papa recensentur) titulus ementitus Petri, Andreæ, Nicodemi &

2. Cor. 8.

&c. Quid superesset tibi ad effugiendum per scripturas? Si allegares illud ad Corinthios dictum Pauli. Misimus etiã cũ illo fratrẽ nostrum, cuius laus est in Euãgelio

gelio per omnes ecclesias: Ille uero ad hoc responderet, uel non conuinci ex hoc Pauli loco, hoc quod sub nomine Lucæ habemus Euangelium, uere ipsius Lucæ esse. Vel negaret hunc, quem Paulus ibi fratrem suum uocat, Lucam et non alium esse discipulum dñi, quũ eo tempore omnes Christi discipuli uocati fuerint fratres, & Antiochię primum dicti sint Christiani. Vel cõcedens tibi, uere Lucam in hoc Pauli loco intelligi, diceret, ex eo tamen probari non posse, hoc Euangelium (quod nos Lucę aut secundũ Lucã dicimus) pro autẽtico potius q̃ illud qd' Petri aut Nicodemi Euangeliũ dicitur, habẽdũ esse. Quando quidẽ in Euãgelio lõge maior est laus Petri et crebrior Nicodemi q̃ Lucę, cui9 nulla prsus, prçter nudũ titulũ, in ullo mẽtio fit Euãgelio. Quid haberes amplius ex scripturis ò Bullinger, q̃ sic proteruienti os obturares aut calamum obstrueres? Act. 12.

Cumq; tam diligens & acer scripturarum Canonicarũ assertor zelo inconsiderato & nõ secundũ scientiam esse uidearis, ut dicere ausis, grandẽ esse impietatẽ superbiam plane luciferianicam, sentire aut affirmare, quod Ecclesiæ approbatione egeant scripturæ, merito reprehensibili. & iniquus iudex atq; acceptor personarũ uideri poteris. Quid ita inquies? Dicam. Quia Papam & nos Catholicos uniuersos criminaris ac damnas, propter Ecclesiæ autoritatem quam confitemur & asseris mus, absq; omni scripturarũ detrimento & iniuria. Lutherum uero Laudas, & extollis, tanq̃ uirum magnanimũ, & in religione uera restauranda excellentissimũ optimũ & Orthodoxũ. Cũ nõ ignores q̃ falsum et impiũ sit eius de scripturis Mosi excellẽtissimi oim Prophetæ (q̃ egregię ex scripturis, pbat S. Tho. aquinas)

iudicium,

iudicium, à me supra ex quodam sermone eius recitatum. Et theutonice quoq; legisti iam pridem q̃ audax & temeraria sit eius sententia de quatuor noui Testamenti libris, quos ab alijs uelut Apocryphos segregauit. Inter quos & Iohannis sacratissimam non ueretur numerare Apocalypsim, quod præterea S. Iacobi epistolam contemptim stramineam, ad alias collatam Luthe. in prologo Teuth. noui testamenti uocare nõ eruburit. Denicq; quod Lucæ quoq; Euangelium eleuare ac suggillare in publico ad plebem sermone non horruerit.

S. Tho. in secunda secũdæ quæst. 174. art. 4.

Luthe. in sermone de Phariseo et de publicano in templo orantibus.

Eleuandum (inquit) nobis est, quod Lucas rursum ita sonare sinit, quasi iustitia ex operibus ueniat. Id enī Lucæ potissimũ in more est. Quare undicq; sic in Luca textus sonat, quasi iustitia ex operibus manet, ut nuper audiuistis. Dimittite & dimittetur uobis, facite uobis amicos de iniusto Mãmona. Et ifra. Nã diuus (inq̃t) Lucas plus ad extrema opera & indicationẽ, q̃ ad fidẽ urget, & multo magis ad externam rem & conuersationem sonat q̃ ad Euangelion & internam fidẽ. Hæc autem sententia Lucæ, maxime repugnat Lutheri de iustificatione sententiæ. Quum igitur hæc non te lateant, ò Bullinger, nec ignores, q̃ absurde & impie Otto Brunfelsius scripserit, Euangelium non recensendũ esse inter sanctas scripturas, sed esse meram quendam relationem Cabalisticam, et Apostolos, ut homines sæpe pugnantia scripsisse, quæ frustra concordare conatus fuerit S. Augu. Nonne, cum tam impia dissimiles tacitusq; prætereas, iniquus es personarum acceptor? Rectius itaq; faceres, si nobiscum & scripturis & Ecclesiæ suam assereres atq; illesam seruares autoritatem. Nã

sublata

sublata, autreiecta Ecclesiæ autoritate, in summo foret periculo scripturarum autoritas.

DE ECCLESIÆ AVTO-
ritate citra scripturas.
CAPVT. V.

TV uero Bullinger, post lõgam ac uariam de persecutorib⁹ deq; philosophis & de Christianis doctoribus cõmemoratam à te historiam (de qua sane nõ est inter nos & uos contentio) In xij. capitulo ad contentiosam redis disputationem, Qua id præcipue intendis, scripturam Canonicam, per omnia perfecte absolutam omnia continere, quę ueræ pietatis sunt, adeo ut post illam, pietatis studioso nullis opus sit traditionibus humanis. Et hanc eandẽ sententiã subinde repetis creberrime, Vellem equidem libenter breuibus absoluere hãc disceptationẽ, si possem, quia aliæ me urgent curæ nũc propter longinquam, ad quam ineundã euocor, nõ solũ profectionẽ, uerũ etiam transmigrationẽ. Sed uideo rem adeo copiose ac fuse à te tractatam, ut iusta responsio paucis à me absolui non possit, Studebo nihilominus breuitati, quantum potero. Dixi supra, scripturis Canonicis nos nequaq; detrahere, sed saluam eis uelle in omnibus conseruatam autoritatem, quam à spiritu sancto ipsas accepisse & perpetuo habere credimus.

Volumus nihilo secius Ecclesiæ quoq; suam permanere ratam ac inuiolatam autoritatem, sine qua scripturarum autoritas in multis periclitaretur atq; fluctuaret & labascerct. Quod sane non paucis ostendimus.

iam supra exemplis, Quibis nunc alia nõnulla ad maiorem rei euidentiam superaddam.

Disceptatio de Coruo qui fuit in Arca Noæ.

Etenim uidemus alicubi textum hebraicum aliter habere q̃ habẽt in Græco lxxij. interpretes, & in latino textus nostrarũ ecclesiarũ. Verbi gratia. Gen. viij. cap. De coruo, quem ex arca emiserat Noe explorandi gratia, legunt omnes Iudæi, q̃ exiens reuertebatur, quos et noui in sectis interpretes uestri Lutherus, Pellicanus, Munsterus etc. sequuntur, At lxx. interpretes omnesq̃ Doctores Catholici tam Græci q̃ latini, tum uetusti, tum Nœoterici, legunt cõtrarium, nẽpe q̃ exiens non reuertebatur donec siccarentur aquæ super terrã. Quibus ergo putas potius credendũ esse? Nũ Iudæis hostibus Christi, aut sectarum propugnatoribus hostibusq̃ Ecclesiæ Catholicæ? Hoc tu forte responderis, sed Catholicorum nemo est, qui non potius credat sanctis & antiquis Doctoribus nostris una cũ lxx. Interpretibus quibus lõge iustius certiusq̃ tribuitur spiritus sanctus, per quem scripserunt, q̃ Iudæis aut hæreticis, Præsertim quum & historiæ series, nostræ potius q̃ Iudæorũ lectioni consonet, si enim reuersus fuisset coruus, non fuisset opus emittere post eum columbam S. Ambrosius myste.., quoq̃ rationẽ addit, dicens. Dæniq̃ egressus coruus non reuertitur ad iustum, quia fugitans culpa ois æquitatis, nec ꝓbitati uidet & iustitię cõuenire.

Ambro. de Noe & Arca ca. 17.

Diuersitas in textu nostro in Hebraico.

Videmus prẽterea quędã ab Apostolo Paulo ex uet. test. allegari, & in nostris textibus haberi, q̃ in hebraico textu non habentur, Verbi gratia, in epistola ad Rom. cap. 3. allegat multos uersiculos ex Psal. 13. Qui apud hebræos cernuntur omissi, Et in posteriore ad Timothcum epistola sic ait contra hęreticos. Quemadmodũ autem

2. Tim. 3.

autem Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt ueritati. Quid ergo dicemus hic? Nunquid Iudæorum bibliis potius credendũ eſſe putabimus q̃ Paulo Apoſtolo? Hoc longe abſit à Catholicis. Scio quidẽ, quid de priore loco ex epiſtola ad Ro. citato, reſponderit ſacrę uirgini Euſtochio S. Hieronymus in prologo ſuo ſuper librum xvi. cõmentatiorum ſuorũ in Eſaiam, ſed alibi oſtendi, cum illi quæſtioni (ſalua eius gloria & honore) non ſatisfeciſſe.

De poſteriori uero loco, nempe de Iamnes & Mambres, neſcio ſi uſpiam Hieronymus mouerit quęſtionẽ. S. Ambroſius ait, hoc exemplum de Apocryphis eſſe ſumptũ, Chryſoſtomus aũt uel ex traditione ſeniorũ, uel ex reuelatione ſpiritus ſancti, Theophylactus ei cõſentiens ait ſic. Magi quidem hi extirere temporibus Moyſi. Veruntamẽ unde iſtorũ nomina accepit Apoſtolus, cũ in ſacris literis nullibi exprimantur? Nimirũ uel ex auditu acceperat, uel ſpũſancti reuelatione cognouit, Par em̃ erat, ut Paulo eſſent hęc nõ incognita. Quũ aũt tu ipſe, Bullinger, ex Euſebio, pbaueris, Moyſen oibus alijs ſcriptorib⁹ antiquiorẽ fuiſſe, quẽ hic nobis oſtẽdis ſcriptorẽ, ex quo Paulus iſta transſumpſerit noia, qñquidẽ uos patrũ traditiones ualere non ſinitis. *Iamnes & mambres.*

Rurſus magnã uidemus diuerſitatẽ in ꝓpriorũ nominũ expreſſiõe inter nos et uos. Nos em̃ ſicut & Apoſtoli fecerũt, exprimimus noia ſicut exp̃ſſerunt ea lxx. Interp̃tes, atq; etiã in ſua trãslatione latina Hiero. uerbi gr̃a, Dicimus Eua, Noe, Cham, Iudas, Ieſus aut Ioſue, Samſon, Sedechias, Nabuchodonoſor, Cyrus etc. Vos autem in nouis translationibus ueſtris, ſpreto Eccleſiæ antiquiſſimo uſu, potius cum Iudæis Chriſti blaſ- *¶ III. Diuerſa prolatio nominum propriorum.*

phęmatoribus dictis, Heua seu Haua, Noah, Ham, Iehuda, Iehoschua, Simson, Zichkia, Nebucadnezar, Koresch &c. Quid ergo? Nunquid æquum censes, ut nos relicto Ecclesiæ usu, Iudaicam iam tandē, post tot sęcula contra lxx. Interprætum & Apostolorum consuetudinem, recipiamus prolationem? Iudica ut lubet, Catholicis hoc nunq̄ persuaseris.

IIII. *Diuersitas in numeris Psalmorum.*

Neq; item persuadebis nobis, ut Psalmos iuxta Iudęorum potius q̄ ueterum Doctorum & Ecclesię assignatos numeros commemoremus aut allęgemus, sicut uos facere soletis, in Papæ & Catholicorum despectū, Eiusmodi enim nouitas numerorumq; mutatio, nō solum conturbat simplices, uerum etiam eruditos, qui apud omnes Ecclesiæ Doctores, etiam apud uetustissimos, reperiunt eos numeros psalmorū, quibus adhuc hodie Catholica utitur Ecclesia.

V. *Diuersitas in Translationibus nouis.*

Quid in sup dicemus de diuersitate nouarū translationū sacrę scripturæ, quib⁹ nō nostros tātū, sed & uestros, grauiter cōturbatis, dū unus sic, alius sic interprętamini textū ex Hebręo, nō solū, aliter q̄ nos in latina trāslatiōe hactenus p̄ tot sęcula sine hæsitatiōe legimus uerū etiam inter uos ipsos, per superbiam, philautiam, inuidiā et æmulationē (dū alter altero doctior uult uideri) multa diuersitate dissentitis. Etem̄ alibi ostēdi, q̄ uaria sit inter uos ipsos in translationibus uestris nouis diuersitas, Hic breuitatis gra ex uno tātū Psalterij loco referā exēplū uestræ diuersitatis, qd' iā antea reꝓbaui.

Etenim in Psalmo, quē nos cix. uos autem cx. numeratis, Versus quartus, quem nos ita legimus, Tecū principium in die uirtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te, A uestris multa uarietate

uarietate uertitur. Sic enim in Theutonico uertit Lutherus.

I. Post uictoriam tuam offeret tibi spontanee populus tuus, in sancto decore, filij tui nascentur tibi, sicut ros ex aurora. Pomeranus uero, quem Lutherus omnibus præfert, nostro magis q̃ Lutheri sui consonans textui sic habet.

II. Tecum principatus in die uirtutis tuæ, in splendoribus sanctorum tuorum, ex utero ante luciferum genui te. Pellicanus uero uester, in priori æditione sua sic.

III. Populus tuus oblationes liberales in die uirtutis tuæ, in decoribus sanctitatis, ex utero aurorę tibi ros generationis tuæ. Felinus uero (is Bucerus est) quem Pellicanus præ omnibus alijs commendat, sic.

IIII. Populus tuus aderit spõtaneus, in die quo uirtutem tuã declarabis in urbe sancto splendore insigni, ut ros matutinus aderit ab utero iuuentutis tuæ.

V. Munsterus uero uester, quem & Lutherus in hebraicis magni facit, sic.

VI. Populus tuus spontanearum est (uoluntatũ) in die exercitus tui, in magnificentijs sanctitatis, ab utero auroræ est tibi ros natiuitatis tuæ.

Quem uero ex ijs quinq; aut sex Rabinis uestris potissimum sequeris, ò Bullinger? Certe Pellicanus (qui Tigurinis familiarissime notus est) in posteriori editione sua, nostrum potius textum amplexus est. Quin imo profitetur palam in præfatione sua super Psalterium. Eo se tandem studio & iudicio processisse, ut antea hac nunq̃ tam diligenter sensum Interpretis expenderit cum dialectis ac tropis hebraicis. Quem et tanta

Pellicanus.

dexteritate ac eruditione & fide, hebraico, quo ad sensum concordare deprehenderit, ut eruditissimum parterq; pijssimum & uere prophetali spiritu prædictum fuisse non dubitet. Quid tu Bullinger ad hæc dicturus sis, libenter profecto audiam.

Diuersitas circa textum Esaiæ.

Interim & aliud proponam tibi ex tuis Rabinis notuis exemplum diuersitatis, breuissime (quantum potero) ex unius Esaiæ capitulo primo, ubi textus nostri Hieronymi sic habet. Confundentur enim ab idolis quibus sacrificauerũt, & erubescetis super hortis quos elegeratis, Erunt enim quasi Terebinthus defluentibus foliis, & uelut hortus sine aqua. Omittam hic Vuittẽbergensium atq; Argentoratensium translationes, breuitatis gratia, Referam duntaxat quatuor tibi notissimorum uersiones, Quarum prima sit Oecolampadij, cuius in Esaiam expositionem tãti fecit Zuinglius, ut quod ad sensum attinet, & sacrarum literarum collationem, dixerit, nullum unq; opus exijsse à quopiã, quod æquius possit Cornu copiæ adpellari. Oecolampadij itaq; uersio sic habet.

I. Quoniam confundentur à tilijs, quibus oblectati uos estis, & erubescetis ab hortis quos elegistis, Quãdo eritis sicut tilia defluẽtibus folijs eius, & sicut hort⁹, cui aqua nõ (est) ei. Zuinglius uero post illũ sic uertit.

II. Quod nisi quercuum uos pudeat, quibus delectati estis, & hortorum quos elegistis, eritis sicut quercus, cuius folia defluunt, et sicut hortus quem nulla irrigat aqua, Pellican⁹ uero, cõformior Oecolãpadio, sic.

III. Confundentur enim à tilijs quas desideraſtis, & erubescetis super hortis quos elegeratis, quum fueritis, uelut quercus defluẽtib. folijs, et uelut hortus absq; aq̃.

Post

Post Pellicanum Tiguri quoq; suam edidit trãslatiõ nem Munsterus, qui hunc locum sic uertit.

IIII. Quoniam confundentur propter Deos, quos habere desyderastis, & ignominia afficiemini propter hortos (lucorũ) qs elegistis, Quoniã eritis sicut arbor, cuius foliũ marcessit, & sicut hortus q nõ habet aquas.

V. Zuinglius autem tuus sic. Populus autem tuus in die triumphi tui, uota offeret cũ sancta pompa, ros enim natiuitatis tuæ ex utero auroræ est.

Quid uolunt sibi tam multæ ac diuersæ translationes, in uno fere loco & tẽpore à tuis, Bullinger, æditæ? Quam tu eligis ac cæteris præfers? An & tu nouam ijs sup addidisti, aut iã adhuc superadditurus es? Quod si omnium translationes, quæ in diuersis locis intra hos xx. annos editæ sunt, in numerum computentur, plures profecto inuenies, cẽ antea fuerint æditæ intra M. & DCCC. annos. Tot enim atq; etiam paulo plures computãtur anni usq; ad tempus primæ translationis, quæ Alexandriæ in Aegypto â lxxñ. Interpretibus, ex hebræo in græcum facta est.

Nostrũ trãslationum numerositas.

Quanta uero est, obsecro, inter illos antiquos & uos nouos Interpretes differentia? De illis referunt probatissimi Autores Iustinus Martyr, Irenæus & Augustinus (quorum dicta alibi cõmemorauí) q separati cellulis (ita enim eorũ fidẽ explorare uoluit Rex Ptolomeus) tanto uerborũ consensu interpretati sint singuli, ut in nullo uerbo quod idem significaret & tantundem ualeret, uelin uerborum ordine, alter ab altero discreparet, sed tanq; si unus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt, unum fuerit. Quanta uero sit inter uos nouos Interpretes diuersitas, ex iam dictis clare patet.

Iustinus in Apologetico. Irenæus li. 3. c. 24. Aug. de ciuitate dei. lib. 18. ca. 42.

Quare

Quare necessario permanemus circa antiquam translationem nostram, quam Ecclesia tot sæculis receptã publice approbauit. Ne per uarietates uestras efficiamur sicut paruuli fluctuantes, et circumferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. Sicut fideliter præmonet uos Apostolus.

Ephe. 4.

Lutheri libri duo contra Iudæos.

Video enim Lutherũ, qui Ecclesiam Dei suis translationibus grauissime turbauit, nunc in duobus aduersum Iudæos libellis suis Theutonicis, longe alterius esse, ꝙ antea fuit, sententiæ. Et qui hactenus in suis æditionibus, una post aliam, multa mutauit, ut inconstantissimus est in omnibus uijs suis, nunc tandem publice fatetur, se in multis interpretando errasse. Addit uero Hieronimũ quoq; sæpe errasse, atq; etiã sanctem Pagninum, & Munsterum, quod Rabinorum glossis nimium crediderint, se ipsum quoq; nimium tribuisse eorum interpretationi. Et qui tam secure tot annis contra antiquum Ecclesiæ textum Germaniæ populis suã in multis exemplarium milibus translationem obtrusit, nunc Iudæorum factus inimicus, sero fatetur turpitudinem propriam, quod oporteat ipsum reuocare uelut erronea multa, quæ p ueris antea tradidit. Quod & alijs Hebreistis (ut uocat) qui nouas ediderunt trãslationes, contigisse non inaniter putat. Mihi profecto nunc ꝙ placuit ista nouitas horum Hæbreistarum, qui Rabinorum potius ꝙ Ecclesiæ Doctorum expositionibus usi sunt.

Corrupta à Iudæis Biblia.

Quare libenter approbo nouissimam hanc Lutheri sententiam, quam hoc anno. 1543. nuper euulgauit. Nempe uetus Testamentũ precipue ad Messiam, & fidem

fidem noſtram tendere ac teſtificari, Quiſquis illud nō ſic intelligit, is non uere ipſum habet, Ideo Moyſes & ſcriptura Iudæis noſtri temporis incognita eſt, nec uere apud eos eſt Moyſes antiquus, qui utiq; uult Meſſiæ teſtis eſſe. Cum igitur Iudæi Meſſiam tam ſcelerate tractent, impoſſibile eſt (inquit) eos Moyſen uel in uno uerſu recte intelligere, Vult ergo Lutherus, ut Hebraica Biblia purgeī ab Hæbreiſtis Chriſtianis, qui Meſſię habēt intellectū, ſicut ait Apoſtolus. 1. Cor. 2. Nos aūt ſenſum Chriſti habemus, Iudæis uero fidendum non eſſe, quin ñ. iam 1500. annis Bibliam corruperint punctis, diſtinctionibus, coniugationibus, conſtructionibus, ſignificationibus, ut eam Meſſiæ, fideiq; noſtræ & nouo teſtamento contrariam facerent, idq; magno ac furioſo ſtudio fecerunt, Nam et punctorum additionē ait humanam eſſe adinuentionem, quibus Moyſes & prophetæ uſi non fuerint.

Non eſſe credendum nouis Translatoribus.

Ex his igitur & ego concludo iam, Vobis hebreiſtis et nouis translatoribus nihil contra antiquum Eccleſię textum & ſanctorum patrum expoſitionem credendū eſſe in omnibus nouitatibus ueſtris, Quia ſpūs ueritatis apud Eccleſiam, non apud Eccleſiæ hoſtes, manet inæternum. Vnde iam perſpicuū ac manifeſtum eſſe arbitror, q; neceſſaria nobis ſit Eccleſiæ autoritas cōtra prophanas nouitates ueſtras dum nouos textus ſcripturæ nouaſq; expoſitiones uſq; adeo diuerſas & inſtabiles nobis obtruditis. Quemadmodū & contra omnes hæreſes ſemper ad Eccleſiæ autoritatem Catholici cōfugerunt, Quod & Tertullianus cōſuluit, ne hæretici ad ullam de ſcripturis diſputationē admittantur, uti recitauimus ſupra, Aequitatis igit & rationis iudicio ſyncero, &

ro, et ab affectib⁹ libero facile deprehendere potes, quã-
to sit tutius conscientijs nostris, permanere iuxta Eccle
siæ approbationẽ in lectiõe scripturarũ antiqua, q̃ leui
ter ab una translatione noua ad aliam properare, & lu-
daicis Rabinis pl⁹ tribuere in scripturarũ intelligẽtia q̃
Ecclesię Doctoribus. Nec melior est hac in re hæretico-
rũ q̃ Iudęorũ causa, imo lõge deterior. Quia multa re-
missius erit in iudicio Iudæis q̃ hæreticis, Quandoqui
dem melius est (ut ait Petrus Apostolus) nõ cognõsce
re uiam iusticię, q̃ post agnitionem retrorsum cõuerti.

2. Pet. 2.

*Multa credi-
mus, quæ non
sunt scripta.*

Quod si perstiteris in tua contra Ecclesiam Rom. &
Catholicam sententia, ut citra aut extra scripturam, ni-
hil uelis admittere, aut agnoscere qd̃ ad ueram pietatẽ
pertineat, multos ꝓfecto reijcies articulos fidei nostræ,
q̃s summa cũ pietate asserimus, à sanctis patribus no-
bis traditos. Quorum multos contra Vuiclephum cõ-
memorat Vnidefordus Angl⁹, multos cõtra Taboritas
magister Iohãnes Pezibram Bohemus, multos nostri
contra Lutherum, & ego nõnullos cõtra Melanchtho
nem in Philippica Quinta. De quibus nondũ respon-
dit (quod sciam) Philippus, quã q̃ ad ipsius petitionẽ
tradidi ei Vuormacię ante biennĩ exemplar, & quidẽ
amice, ꝓpter instans tunc de cõcordia colloquiũ. Inter
quos sane pręcipuus erat de trinitate personarũ in una
Deitatis essentia, De quo sane à te quoq; responderi ue
lim. Scriptura em̃ nusquã dicit tres personas, nusq̃ es-
sentiã, nusq̃ trinitatẽ, De Christo ĩ sup multa pie credi
mus, quæ non explicat Canonica scriptura. Verbi gra.
I. Christum esse Homusion, seu cõsubstantialẽ Deo
patri, contra Arrianos.
II. Christum esse unigenitum uirginis Mariæ filiũ.

contra

contra Heluidium.

III, Christum unius esse personæ & duarum naturarum. contra Nestorium.

IIII, Christum duas habere uoluntates in una persona. contra Monothelitas.

V. Christum habere præter diuinum spiritum rationalem quoq; animam contra Apollinarem &c.

Hæc exempli & breuitatis causa sufficiant, Quæ ab Ecclesia edocti firmiter credimus & pie asserimus, licet in scripturis non sint expresse comprehensa.

DE VERO DEI CVLTV

Interno & Externo.

CAPVT. VI.

QVis nesciat (inquis) omnia ea, q̃ de studio, Dei de fide, deq; charitate in Deum & proximũ, id est, de officijs uitæ & pietatis, itẽ de integritate et sanctimonia uitæ, scire refert, literis comprehensa esse Canonicis? Quod si dubitas adhuc, audi dicentem Mosen, Et nũc Israel audi statuta et iudicia quæ ego doceo uos &c, Ad hæc iam supra responsum est, nõ omnia esse in scripturis comprehensa, saltem expręsse. Deut. 4.

Tu uero Bullinger fallaciter et insidiose loqui uideris dum omnia comprehensa dicis, Populus em̃ intelligit per hoc, oia esse expræsse posita, Et ea ratione tu quoq; reijcis aliquot sacramenta nouæ legis, utpote Confirmationem, Ordinem, Extremam unctionem, & multa alia quæ tot sæculis pie credit Ecclesia. Qualia sunt Missæ sacrificium, Purgatorium, sanctorũ inuotatio, Horę Canonicę, Monastica istituta etc. Dicis n. hęc in *Insidiosa loquutio.*

scripturis non esse comprehensa. At siquis tibi obijciat te quoq; multa credere, quæ non sint in Canonicis cõpræhensi scripturis, uerbi gratia, Tres esse personas in una essentia Deitatis, Christum esse Homusion patri, Spiritũ sanctũ ab utroq; procedere &c. Hic tu mox dices, hæc implicite, nõ explicite cõprehensa esse, idq; satis est credenti, At nos lõge copiosius possumus ex scripturis probare, q̃ in eis implicite cõprehendatur Missę sacrificium, Purgatorium, uota monastica &c. q̃ probare queas tu per scripturas q̃ tres in una Deitate debeant dici tres persone potius q̃ tres uiri aut tres substantiæ, aut q̃ uerbum sit persona &c. Cur ergo reijcis nostra, quæ nõ sunt expresse in scripturis cõpræhensa. Quãdo tu pariter nobiscũ multa alia credis & asseris, quę similiter nõ sunt expresse in scripturis cõprehensa?

Multa sunt abrogata, quæ in scripturis præcepta sunt ad literam.

Et ecõtra, multa nobiscũ abrogas, quę sunt expresse in scripturis cõprehensa. Nã & tu carne uescris suilla, lepore, piscibus nõ squamatis, sanguine itẽ et suffocato quę sunt expresse in scripturis interdicta, Abrogas sabbatũ, qd' & seuerissime & sepissime in scripturis expresse præceptũ est, Colis aũt pro eo Diem dominicum, de quo ne iota quidẽ in scripturis pręceptũ est. Qua, rogo autoritate aut ratione sic facis, si Ecclesiæ traditionem autoritatemq; despicis? Vnde scire queas, quid in scripturis uet. test. seruãdũ, q̃d abrogandũ sit Christianis, si nõ doceat te mater Ecclesia, & sanctorũ patrũ traditio? Quid iactitas? Verbũ dñi manet in æternũ, Cũ tu ipse manifeste abroges uerbũ dñi q̃d' toties in scripturis ad literã p̃cipit coli sabbatũ? Vbi ꝓhibet Chrs, aut Pau. coli sabbatũ? Aut ubi p̃cipit ꝓ eo coli diẽ dñicũ? Nõne primi ex Iudæis Christiani, q ꝓcul dubio optimi ac nobis longe

bis longe ſanctiores fuerunt, nõ ſolũ ſabbatũ, ſed et alia ueteris legis inſtituta ſancte cuſtodierunt? Ita eĩ ait S. Iacobus ad Paulum Apoſtolum Hieroſolymis. Vides frater, quot multa ſunt in Iudæis qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt legis. Audierunt autem de te quia diſceſſionem doceas à Moyſe. Et poſt pauca. Et ſcient (inquit) omnes quia quæ de te audierunt falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legẽ. Sed & Paulus ipſe, uocatos ad ſe Iudæos Romæ, ſic allocutus eſt. Ego uiri fratres nihil aduerſus plebem faciens, aut morem paternum, uinctus ab Hieroſolymis traditus ſum in manus Romanorum. Act. 21. Act. 28.

Quid, quod Apoſtoli quoq; & ſeniores præceperũt ijs qui ex gentibus crediderunt, abſtinere à ſanguine et à ſuffocato. Tu uero ne à porcorum quidem ſanguine abſtines. Qua ergo id facis autoritate contra ſcripturã tam expreſſe prohibentem? Ex his itaq; iam uidere poteris, & inconſulte (ne quid grauius dicam) facis, dum ſic eleuas & contemnis Eccleſiæ autoritatem, atq; ex ſolis ſcripturis Canonicis omnia, quæ ad pietatem pertinẽt, probanda eſſe contendis. Cum tamen ſine Eccleſiæ doctrina, ſcire non poſſis, quæ nam ſcripturæ ſint Canonicæ, quæ legis præcepta ad literam ſeruanda, quæ abrogãda ſint aut abrogata. *Præceptum Apoſtolorum.* Act. 15.

Quod uero allegas uerba Samaritanæ, Chriſti, Petri & Pauli, quod omnia nobis annunciauerit. Nos id minime negamus, negamus autem omnia in ſcripturis Canonicis expreſſe comprehenſa eſſe quæcunq; illi nobis tradiderunt aut annunciauerunt. Non ait Chriſtus neq; Paulꝰ. Omnia ſcripſi uobis, ſed ait Chriſtus. Omnia nota feci uobis, Paulus uero ſic. Non enim *Chriſtũ Apoſtolis omnia tradidiſſe.* Ioh. 15. Act. 20.

subterfugi quo minus annunciarim uobis omne consilium Dei.

Quomodo ad legem Moysi nihil addendū est.

Quod autem ex Moyse obijcis, Non addetis super uerbum quod ego præcipio uobis, neq; minuetis ab eo, Atq; inde subsumis sic. Necesse autem est, eam legem profecte absolutā esse, cui nihil uel addi potest uel adimi. Hoc sane argumentum nihilo plus pro te facit q̄ pro nobis. Si enim sic intelligi uelis, legē Moysi ita perfecte absolutam esse, ut nulla alia lex aut traditio superaddi debeat, ubi maneret lex Euangelica? ubi traditiones Ecclesiæ, Apostolorum & sanctorum patrum? At ne tu quidem omnes reijcis traditiones Ecclesiæ. Contra hunc uero intellectum uerborum Moysi, quem tu subsumis, & obtrudis, manifeste ait Apostolus in epistola ad Hebræos, Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectū adduxit lex. Et ad Galatas. Quomodo (inquit) conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis? Et ipse Christus, Non ueni (inquit) soluere legem, aut Prophetas sed adimplere. Adimpleuit autem perfectiora tradendo, quæ non manum tantum sed & animum cohibent à malo. Ego igitur uerbum Moysi in Deuteronomio, sicut & uerbum Salomonis in prouerbijs, & uerbum Iohannis in Apocalypsi, de non addendo aut minuendo, sic potius intelligo, ut nihil addi aut adimi debeat, per quod genuinus literæ sensus corrumpatur aut mutetur.

Heb. 7.
Gal. 4.
Deut. 4.
Prouer. 30.
Apoc. 22.

Falsa, ad textū Pauli additio.

Sic uos pessime facitis, dum populum à bonis operibus abducitis per falsificatum à uobis uerbum Apostoli, ubi de iustificatione fidei loquitur. Vos enim dicitis,

citis, Paulus ubiq; docet, ſolam fidem iuſtificare. At Paulus nuſq; ita dicit, ſed uos falſa huius uocis (ſola) additione deprauatis uerbum & ſenſum Apoſtoli. Id quod ego iam pridem manifeſte oſtendi & conuici, tum in libello aduerſus Minotaurum Vuittenbergenſem, tum in Tertia Philippica contra Apologiam Cõfeſſionis Auguſtenſis. Dic obſecro, quare nullus ueſtrum tot annis dignatus aut uiſus eſt, hoc crimen falſi, quod uobis publice imputaui, diluere aut excuſare? Semel quidem Vuittenbergenſibus ſuis id excuſare tẽtauit Lutherus, ſed non erat conueniens aut ſufficiens ea excuſatio, ſicut in Minotauro atq; etiam in Philippicis luce manifeſtius ex Paulo à me oſtenſum & mẽdacium eius conuictum eſt.

Quæ autem de cultu Dei uero, Interno & Externo prolixe memoras, minus offendunt nos, in eo præſertim loco, ubi affirmas, Dominum tam in ueteri populo q̃ in nouo externum quoq; cultum inſtituiſſe. Verum tamen ubi ſubiungis. Omnia quæ ad internam pietatem faciunt, plane nobis tradita eſſe: ſimiliter & quicquid externi cultus & exercitij Deo placet, literis eſſe comprehenſum Canonicis. Ita ut nemini ſua uel ratio uel bona intentio ſectanda ſit. Hic certe non poſſumus omnia uel admittere uel diſſimulare, quia nimis generaliter atq; inſidioſe loqueris.

Etenim quæ interim cultus ſunt, plene nobis tradita eſſe, facile admitto, ad hunc ſenſum, quod omnia nobis tradita ſint ſiue per Chriſti & Apoſtolorũ atq; ſanctorũ patrũ annunciationẽ, uiuamq; (ut loquimur) traditionẽ uelut per manus, ſiue p̃ diuinũ inſtinctũ ſpi. ſan. *Quæ interni cultus ſunt, nõ omnia ſunt ſcripta.*

Iuxta

Iuxta illud Christi. Non enim uos estis qui loquimini,
Math. 10. sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et illud.
Ioh. 14. et. 16 Ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quæ-
cunq; dixero uobis. Et rursus. Cum autem uenerit ille
spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Ne-
go autem omnia esse scripta, aut sacris in literis omnia
expresse comprehensa esse. Ostendi enim supra, mul-
tos nos credere articulos qui in scripturis expresse non
habeantur, Verbi gratia, Tres esse personas in una essen
tia diuina. Duas naturas in una persona Christi, Ma-
riam esse Dei genitricem ac perpetuo uirginem &c.
Constat autem fidem ad uerum Dei cultum pertinere,
sicut & tu ipse ais, uerum Dei cultum esse fidem, inno-
centiam & charitatem, Ego spē addiderim. Iuxta illud
1. Cor. 13. Apostoli ad Corinthios. Nunc autē manent fides spes
& charitas. Tria hæc, maior autem eorum est charitas.
Ro. 5. & 8. Et illud eiusdem ad Romanos, Tribulatio patientia au
tem probationem, probatio uero spem, spes autem nō
confundit. Et iterum. Spe enim salui facti sumus, spes
autem quæ uidetur, non est spes.

Multa externi cultus nō sunt scripta.

Quæ uero in externo cultu obseruamus, nequaq;
scripta sunt omnia in sacris literis, Quemadmodum ex
Dionysio, Origene, Augustino, cæteriscq; pijs doctori
bus clarissime probatur. Proinde non concedimus ti-
bi, ea Deo non placere, eo quod non sunt scripturis di-
uinis comprehensa. Neq; enim Christus, neq; Paulus
neq; ullus aliorum Apostolorum dixit nobis, Nihil fa
cite in honorem Dei nisi quod scriptum habetis. Bene
enim sciuerunt, nimis longum fore, si omnia scribere-
tur, propterea iusserunt nos audire Ecclesiam & Præ-
positos nostros. Si quis Ecclesiam nō audierit (inquit
dominus)

dominus) sit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Et Paulus. Si quis autem (ait) uidetur contentiosus esse, nos talem consuetudinem nõ habemus, neq; Ecclesia Dei, Et post pauca. Aut Ecclesiam Dei contemnitis? Item. ſtate fratres et tenete traditiones quas didiciſtis siue per ſermonem siue per epiſtolam noſtram. Item. Obedite prępositis ueſtris, & ſubiacete eis. Math. 18. 1. Cor. 11. 2. Theſſ. 2. Heb. 13.

Ex his iam uides, ò Bullinger, cũ graue sit peccatum ueſtrum, qui sic cõtentioſi eſtis contra ueteres Eccleſię traditiones, & conſuetudines, tranſgredientes per hoc & Chriſti & Apoſtolorũ eius mandata, dum uſq; adeo ſuperbe ac ſeditioſe, contra utramq; poteſtatem, ſęcularem inquam & Eccleſiaſticam, Eccleſiam Dei contemnitis, atq; etiam defenditis peccatum hoc ueſtrum per falſiſſimam propoſitionem iſtam, Quicquid externi cultus & exercitij Deo placet, literis cõpræhenſum eſt Canonicis. Nam et tu ipſe poſtea melius dicis, Eos prophanationis ſacrorum non poſſe abſolui, quicumq; cõtra Eccleſiaſticas traditiones nũc clamitant, fruſtra me colunt docentes doctrinas hominum &c. Nos igitur in Eccleſia Chriſti multas externi cultus obſeruationes ac ritus pie fideliterq; tenem⁹, quæ in ſacris literis nuſcũ ſunt præceptæ aut cõmendatę, ſicut docet ac iubet nos tenere Paulus traditiones quas didicimus, ſiue per ſermonem (ut dictum eſt) ſiue per epiſtolam, Et dicit Anathema ijs qui nos in huiuſmodi cõturbant, Et iubet nos declinare ab illis, qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinam quam didicimus, faciunt. *Graue contra Eccleſiæ traditiones peccatum.* Gal. 1. & 5. Rom. 16.

Multas præterea Ceremonias externi cultus non tenemus, licet expreſſe ſint in Canonicis ſcripturis præceptę. Quales permultæ habentur in Leuitico, in numeris *Multæ Ceremonie ſcriptæ iam abrogatæ ſunt.*

meris & in Deuteronomio, licet primi ex Iudæis (ut dictũ est) Christiani eas diligentissime obseruauerint. Gen. 8. Scimus & ante legem scriptam multas Patriarcharum obseruationes in externo Dei cultu placuisse Deo, licet nullibi essent scriptæ. Sic em̃ legimus. Aedificauit aũt Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus & uolucribus mundis, obtulit holocausta super altare, odoratusq; est dominus odorem suauitatis, & ait ad eã, Nequaquã ultra maledicã terrę propter homines. Sic & Abrahę, Isaac & Iacob Ceremonię Deo utiq; placuerũt, licet ĩ nulla essent scriptura Canonica p̃ceptę à deo aut compræhensæ, Prorsus igitur falsa est tua de externo Dei cultu doctrina. Nec potest peccatum uestrũ ulla ratione defendi aut excusari, q; Tiguri ac Bernę tam impie grassati estis contra externum Dei cultum.

DE SACRAMENTIS

Ecclesiæ in lege noua.

CAPVT. VII.

Sacramenta salutis per pseudo prophetas sectis in pestẽ uertuntur.

NEc minora sunt peccata uestra, quæ contra septẽ Ecclesiæ sacramenta, fœdissime pariter & impiissime commisistis iam ultra xx. annos, neq; hodie ab huiusmodi erroribꝰ & impietatibus desistitis, sed inani uerbositate ac fallaci scripturarum prætextu omnia cõfunditis, & quicquid pium sanctum & salutare est in sacramentis, uestra peruersitate in pestem & uenenum uertitur, Vestris enim intẽperijs factum est, ut miseri, Anabaptistæ & adultos rebaptizent, et paruulis baptismum negent ac subtrahant. Vestro dissidio impiaq; à Rom. Ecclesia defectione fit, ut Eucharistiam in sectis uestris

uestris nemo, ad salutem, sed omnes ad iudiciũ indigne accipiant, Abutuntur enim sacramento unitatis & fraternæ cõmunionis atq; charitatis, permanentes interim pertinaciter in schismate & hæresi sua contra unitatem Ecclesiæ Catholicæ, atq; in odio contra Papam, Episcopos, Monachos omnemq; Clerum Catholicũ. Vestris præterea de sola fidei iustificante importunissimis disputationibus totum Pœnitentiæ sacramentum in ludibrium uenit apud plebes nouarum sectarum. Sublata enim cõfessione secreta & satisfactione operis pro contritione subornatis uanam de fide præsumptionem & frigidam de baptismo rememorationem, quia docetis omnia mox absorberi peccata quando stat aut redit fides in promissionem baptizato factam. Quasi uero non grauius fiat post q̃ ante acceptum baptisma peccatum, fiunt utiq; baptizato peccata posteriora deteriora prioribus, sicut ait Petrus Apostolus in secunda Canonica sua, Cui & Pauli ad Hebræos sententia concordat, Qui peccatores post baptisma dicit rursum crucifigere sibimet ipsis filium Dei & ostentui habere, Ideo comparat eos terræ, quæ bene culta profert non herbam oportunam, sed spinas ac tribulos, Reproba est (inquit) & maledicto proxima, cuius consumatio in combustione.

Qualis apud sectas pœnitẽtia.

Luth. in capti ui. Babylo.

2. Pet. 2. Heb. 6.

Reliqua uero quatuor Ecclesiæ sacramenta, Ordinem, Cõfirmationem, Extremam Vnctionem & Matrimonium omnino exploditis & pro sacramentis habere non uultis, eo q; in sacris literis inter sacramẽta ex p̃sse nõ cõmorant̃, sed q̃ fallax & inualida sit hęc ratio uŕa, ex supra dictis patet, atq; etiã ex dictis tuis ꝓpriis confutari potest, Nã & tu ipse doces, nõ aspernanda protinus

Peccata & errores sectarum circa reliqua, quatuor sacramẽta.

protinus esse omnia, quæ de uerbo ad uerbum in sacris literis nō inueniuntur, Quod si dixeris, Ideo reiici quatuor hæc sacramēta, quia ex sacris literis deduci nō possint. Iam supra respōdi, multa, quæ reiicitis, lōge copiosius ex scripturis deduci posse, & q̄ tres in trinitate diuina debēt dici tres personę, potius q̄ tres uiri aut tres substantiæ apud latinos, cū tñ dicuntur iam licite tres hypostases apud Græcos.

Et iam pridem persæpe ostenderunt uobis nostri multa scripturarum testimonia de his quatuor, quę male reiicitis, sacramentis, Atq; ut obiter in genere pauca cōmemorem, Quantum ad Ordinis attinet sacramentum, non ignoras expresse à Paulo mentionem fieri de Episcopis, Presbyteris & Diaconis, De unctione infirmorum à Iacobo atq; etiam à Marco, De confirmatione à Luca in actibus Apostolorum, de Matrimonio à Matthęo atq; etiam à Paulo, tum ad Ephesios tum ad Thessalonicenses & ad Hebræos, Quem uero tu nobis ex scripturis afferes locū, qui expresse mentionem faciat de Tribus personis unius substantiæ, aut de una persona in duabus naturis Christi? si ergo hæc nobiscū recte credis, cur illa reiicis?

1. Tim. 3. et 5. Iac. 5. Mar. 6. Act. 8. Math. 19.

Sacramenta nouæ legis meliora q̄ uet.

Non ignoras, credo, q̄ inepte dixerit Carolstadius uester signa ista nō esse dicenda sacramēta, quia in scripturis non uocantur sacramēta, Cuius stoliditatē amarulenta uehementia reprehēdit duobus contra cælestes prophetas (ut habet in Teuthonico titulus) libris. Tu ex Luthero aliam adducis iniuriam, dum æquas nostra Iudæorum priscis sacramentis, idq; ex Augustino probare contendis, sed recte times, te uideri nobis parum candide Augustinianam interpretari sententiam.

Nam

Nam & is locus quem citas, tuam refellit sententiam. Quia Augustinus ibi sic ait, sacramenta nouæ legis salubriora & fœliciora sunt his quæ in ueteri lege, eo q̃ illa promittant, hæc dent. Ecce aperte dicit nostra salubriora & fœliciora, quia dant, illa uero promittunt. Quis autem non uidet, melius esse dare q̃ promittere? Iuxta illud Ouidij. Pollicitis diues quilibet esse potest

Cæterum in alio, quem citas loco, hoc est in xlv. tractatu super Iohannem, dicit quidem illa Christum uẽturum significasse, nostra uero exhibitum & iam uenisse, recitat et Apostoli ad Corinthios uerba quę citas, & mox addit hæc uerba, mare rubrum significat baptismum, Moyses ductor per mare rubrum, significat Christum, populus transiens significat fideles &c. Sed nusq̃ dicit, quod tu dicis, æquari uirtute aut sanctitate uetera sacramenta nostris. Nec tè puto tam insanum, ut tam sanctum dicas mare rubrum q̃ est baptismus, aut Moysen æqualem Christo, aut populum illum toties dubitantem ac murmurantem parem in sanctitate fidelibus in Christo baptiaztis & sanctificatis.

Quid multis opus est? Certe in tertio quem citas loco, id est, in xix. libro contra Faustum, apertissime nostram tuetur contra te sententiam. Sic enim ait. In nullum nomen religionis seu uerum seu falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum uel sacramentorum uisibilium consortio colligentur. Quorum sacramentorum uis inenarrabiliter ualet plurimum. Et ideo contempta sacrilegos facit, impie quippe contemnitur, sine qua non potest perfici pietas. Et infra. Proinde (inquit) prima sacramenta, quæ obseruabantur & celebrabantur ex lege, prenunciatiua erant Christi

Verba Aug. de sacra. cap. 11.

Cap. 13.

uenturi, quæ cum ſuo aduentu Chriſtus impleuiſſet, ablata ſunt, & ideo ablata, quia impleta. Non enim uenit legem ſoluere ſed adimplere. Et alia ſunt inſtituta, uirtute maiora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pautiora &c. Ecce aperte ait Aug. quoduis ſacramentorum contempta ſacrilegos facit, ait eam impie contemni, ait noſtra ſacramenta & uirtute maiora & utilitate meliora eſſe prioribus.

Qua tu igitur fronte, ô Bullinger, dicis. Noluiſſe eum noſtris maiorem uim tribuere, quaſi ipſa conferãt gratiam, cum dicat expreſſe, noſtra eſſe uirtute maiora? Non negamus per Chriſtum dari gratiam, ſed hinc non ſequitur, non dari gratiam per ſacramenta. Quia Chriſtus per ſacramenta, operatur in nobis gratiam, tanq; agens & cauſa principalis, ſic ſcriptum eſt. Hic eſt qui baptizat, Baptiſmus autem ſaluat (ut ait Petrus) & dat grariam, ut cauſa inſtrumentalis.

Ioh. 1.
1. Pet. 3.

Nec multo minori obꝛ̃cis nobis impudentia, unam Cypriani, alteram Auguſtini Epiſtolam, cum uix alia ſit ullius ſanctorum partum epiſtola, quæ apertius tuis aduerſetur opinionibus. Quot enim euomis cauillos, & calumnias aduerſus noſtram in Miſſa oblationem & ſacrificium. At in illa ſua Cyprianus epiſtola creberrime facit de eo mentionem, doctiſſime illud ex ſcripturis aſſerens. Reꝛ̃cis item Conciliorum autoritatem & Eccleſiæ uſum antiquum in multis, uerumq; uero clariſſime approba. in ſua, quam citas, epiſtola S. Auguſt. ſic enim ait. Primo itaq; tenere te uolo, quod eſt huius diſputationis caput, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, ſicut ipſe in Euangelio loquitur, leui iugo ſuo uos ſubdidiſſe & ſarcinę leui, unde ſacramentis, numero pauciſ-

Cypria. lib. 2. epiſt. 3.
Aug. epi. 118.

ro paucissimis, obseruatione facillimis, significatione præstantissimis, societatem noui populi colligauit. Cõtra hanc eius sententiã (quam & supra ex alijs eiusdem locis à te citatis recitauimus) tu uetera sacramenta nouis adæquas, idq; adeo secure facis, ut putes neminem hac tua opinione offendi.

Aug. sententia contra Lutheranos.

Deinde ait ibidem Aug. sic. Illa autem, quæ nõ scripta sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarũ orbe obseruatur, datur intelligi, uel ab ipsis Apostolis, uel plenarijs Concilijs (quorum est in Ecclesia salubberrima autoritas) cõmẽdata atq; statuta retineri, & infra. Similiter etiam si quid (inquit) horum tota die per orbem frequẽtat Ecclesia, hoc quin ita faciendum sit disputare, insolentissimę insaniæ est. Hinc facile colliges Bullinger, insanos esse omnes, qui missam abrogant & noui Testamenti sacrificium esse negãt. Eam enim per totum orbem frequentat Ecclesia. Te tamẽ prę cæteris plærisq; complicibus tuis in hoc laudauerim, quod candidus citas Doctores, tum quod integrius recitas, tum quod certa eorum adsignas loca, quæ ab alijs maligne obticentur, quasi satis sit, nomen Augustini aut Hieronymi allegasse. Cum illi tam multa & magna scripserint uolumina.

De Legibus Politicis.

CAPVT. VIII.

TV leges humanas in tria genera distinguis, nempe in Politicas, Ecclesiasticas, & humanas prorsus, Politicæ (inquis) instituunt rempublicã, & præcipiũt de æquitate, iustitia, tranquillitate publica, de iure & obedientia, Cuiusmodi sunt leges Cesareæ, Principium

1. Pet. 2.

Principum uel Vrbium. De quibus allegas illud Petri Apostoli. Subditi estote cuiuis humanæ constitutioni, propter dominum. Non disputo hic de noua translatione tua, quod constitutionem ponis hic, ubi Græci Ctisen, latini nostri creaturam ponunt, à quibus neq; Erasmus Roterodamus (cui tu alioqui tam multa honorifice tribuis, licet enim in sectas uestras nunq; pertrahere potueritis) dissentit.

Seditiosa scripta contra leges Imp.

Sed de legum politicarum obedientia potius tecũ agam, & quidem amice ac synceriter, Laudo sane, q̃ non probas seditiosa scripta Suermerorum, quorum alij solo Euangelio uolunt Christianos regi in Repub. alij uero secundum leges à Moyse traditas. Etenim ex

Septiceps Lutherus c. 13. & 14.

septicipite Luthero facile colligere poteris hastuæ sententiæ contrarias uoces. Nos (inquit) Christiani liberi sumus, ab omnibus omnium hominum legibus ex-

In captiui. Babyl.

empti, libertate Christiana per baptismum nobis donata. Item, Nulla est ergo remedij spes, nisi reuocato libertatis Euangelio, secundum ipsum, extinctis semel omnibus omnium hominum legibus, omnia iudicemus, & regamus amen. Item. Ferunt, nullum esse re-

In lib. ad Nobilitatem Germa.

gimen sæculare usq; pulchrius q̃ apud Turcam, qui ta men neq; Canonicum neq; Ciuile ius habet, sed solum modo suum Alcoranum. Nos autem fateri oportet, nusq; esse turpius regimen q̃ apud nos per ius Cano-

In lib. ad fran. de confessione.

nicum & Ciuile. Item. Scriptura Diabolo speciale nomen dat, uocans eum hebraice Leuiathan, hoc est, additorem, qui plus addit q̃ oportet. Omnes igitur, qui humanas leges diuinis superaddũt, certissime sunt inimici dei, et Leuiathan Apostoli, & q̃ eas acceptauerint aut seruauerint, discipuli sunt Leuiathan. Hęc recitata

sint,

sint, exẽpli gratia, ex tribus dumtaxat, ante xx. annos æditis libellis Lutheri, quem tu sero iam laudas, ac magna prudentia & æquitate usum esse affirmas, licet nõ ignores, quid de eo tandem senserint præcipui amici & præceptores tui Zuinglius & Oecolampadius.

Id Vero non laudauerim, q̃ Lutherus & Philippus eius, tu quoq; hic, multo plus tribuitis Politicis q̃ Constitutionibus & Decretis Rom. Pontificum atq; Generalium Conciliorum. His enim facitis prorsus contemptibiles uelut traditiones prorsus humanas. Illas uero sacro sanctas, tanq̃ ex ore Dei prolatas. Et allegatis ad confirmandã hanc adulationẽ uestrã duos ex prouerbijs locos, Quorũ unus sic habet, Diuinatio in labijs regis, Alter sic, Tunc dominum fili mi & regem & cũ detractoribus nõ cõmisecaris. Ita quidẽ allegant in Visitatione saxonica Lutherus & Philippus eius. Tu tamẽ rectius ac moderatius hic dicis, Eas esse optimas ac maxime diuturnas leges, quę q̃ proxime ad mẽtem numinis accedunt, & cum hac nõ dissentiunt, hoc est, quæ non pugnant cum ueritate religionis Christianæ. Nam si rem iniquam & cum religione nostra pugnantem præcipiat Rex uel Magistratus quilibet, pius legi iniquę neq; silet neq; obtẽperat. Habem⁹ (inquis) huius sanctæ inobedientiæ plurima in sacris exemplа, maxime in Daniele & socijs eius, in prophetis, Apostolis & Martyribus nostris. Hæc ego, Bullinger, dicta tua, et id genus alia, quæcunq; sunt uera, pudica, iusta, sancta amabilia, libenter amplector, approbo, & congratulor tibi, Vtinam omnia tua sic approbari possent, Nullo enim aduersum te sinistro aut amarulento du-

Prouer. 16. et 24.

cor affectu. Propter unam ueritatem & fidem Catholicã (pro qua & mori paratus sum) hanc tecũ ineo litẽ, nec aliud opto nisi ut ubiq; ꝓualeat ac uincat ueritas.

Si enim laudabiliter dixit Aristoteles, Socrates amicus, Plato amicus, maior amica ueritas, Quãto nos iustius debemus in unam intendere ueritatem, propter eum qui dixit, Ego sum uia ueritas & uita? Non inuideo tibi linguarum peritiam, non ingenium, non eruditionem, non alia quæcunq; naturæ aut fortunæ bona, De sola fidei & religionis Catholicæ ueritate mihi tecum est contentio, quia nõ uane arbitror eam à te in plurimis, præter causam, iniuste uiolari: Quamq; hic longe rectius sentire uideris cẽ sentiunt plæriq; cõplicestui, Mihi certe semper absurda uisa est eorum doctrina, qui Cæsarum, etiam Ethnicorum, leges pro diuinis habent, Pontificum uero Roma. & Concilio rum, etiam sanctissimorum, decreta proprorsus humanis & reijciendis habenda censuerunt, Cum scriptum sit. Ne des alienis honorem tuum. Item. Laus eius in Ecclesia sanctorum.

Iob. 14.

Prouer. 5.

Psal. 149.

Verum tamen per hæc bonis ac pijs Imperatorum aut Regum, etiam Ethnicorum, legibus nolim derogatum esse, sciens illud Iacobi, Omne datum optimũ, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum, Et illud sapientię. Per me reges regnãt & legum conditores iusta decernunt. Quale est apud Danielem Darij Decretum, ut omnes, qui in uniuerso eius erant imperio & regno, tremiscerent ac paterent Deum Danielis. Et illud Artaxerxis ad Esdram. A me (inquit) decretum est, ut cuicunq; placuerit in regno meo, de populo Israel & de sacerdotibus eius & de leuitis,

Bonæ quædã Leges Regum & Imp. etiam Gentilium.

Prouer. 8.

Dan. 6.

2. Esdre. 7.

uitis, ire in Hierusalem, tecum uadat. Quale est & illud Aureliani Imperatoris Romani, licet Ethnici, quod in historia Ecclesiastica recenset Eusebius Cæsariensis, decretum aduersus Paulum samosatenum, Patriarcham Antiochenum, qui propter hæresim ab Episcoporum synodo condemnatus, nolebat alteri ei surrogato è domo Episcopali cedere, Præcepit ergo Imperator, Ecclesiæ domum tradi ijs, quibus Italiæ sacerdotes & Rom. Episcopus scriberent. Et ita prædictus Paulus ad cęterea mala etiam hoc dedecoris acquisiuit ut manu publica ab Ecclesia pelleretur. *In histo. Eccles. lib. 7. cap. 26.*

Vos igitur uideritis, quicunq; nunc Rom. Episcopo & Petri successori maledicitis, ac impia rebellione sepe rationem ab eo facitis, an non sitis rei omnium animarum, quæ in sectis uestris inæternum pereunt, atq; etiam uestram acquiritis damnationem, eo q; Imperiali potestati resistitis, Quæ multis legibus publice statuit. Rom. Episcopo in fide omnes consentire debere. Sic enim habet lex una trium Augustorum, Gratiani, Valentiniani & Theodosij. Cunctos populos, quos Clementiæ nostræ regit Imperium, in ea uolumus religione uersari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usq; adhuc ab ipso insinuata declarat, quamq; pontificem Damasum sequi claret. Et infra. Hanc legem sequentes, Christianorum Catholicorum nomen iubemus amplecti. Reliquos uero dementes uesanosq; iudicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere, diuina primum uindicta, post etiam animi nostri, quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos. Hæc illi, Post quos et alij consimiles constituerunt leges contra *Secundum leges Imp. tenemur Papæ obedire. Rom. 13.* *C. de summa Trini. L. 1.*

diuersos hæreticos, ut est uidere in Codice legum sub titulo de hæreticis. Quas referre longum foret.

Lex Iustiniani Ibidem L. Nos reddentes.

Ego breuitatis gratia unius Iustiniani legem ex eodem libro unam ad Iohannem Papam adhuc addam, si forte tuam permouere possit conscientiam, ad agnoscendum grauissimum defectionis & rebellionis crimẽ atq; peccatum, atq; ad salubriter cogitandum unde excideris, ut agas pœnitentiam. Lex ea igitur sic habet. Nos reddentes honorem Apostolicæ sedi & uestræ sanctitati, quod semper nobis in uoto fuit & est, ut decet, patrem honorantes uestram Beatitudinem, omnia quæ ad Ecclesiarum statum pertinent, festinauimus ad notitiam deferre uestræ sanctitatis, Quoniam semper nobis fuit magnum studium, Vnitatẽ uestrę Apostolicę sedis, & statum sanctarum Dei Ecclesiarũ custodire, qui hactenus obtinet, & intõmote permanet, nulla intercidente contrarietate. Ideoq; omnes sacerdotes uniuersi Orientalis tractatus & subijcere & unire sedi uestrę sanctitatis properauimus, quæ Caput est omniũ sanctarum Ecclesiarum. Hæc Iustinianus Imp.

Quam multæ uero graueq; & seueræ sint Imperatorum leges aduersus uos omnes, quicumq; hodie tam enormiter ac barbarice contra omnes Catholicæ religionis nostræ ritus & cõtra oia sacramẽta & sacra anti quæ pietatis Christianæ pleno impietatis furore peccãtes, in despectũ Ro. Põtificis maligne ꝓpetratis, sicut ꝓbe Iurisconsulti, Et ego ex ijs bonã partẽ sub diuersis titulis cõmẽmoraui, Augustæ in Comitijs Anno dñi. 1530. sub impatore nro CAROLO V. sẽp Augusto editis, in libello, cui⁹ inscriptio est Cẽsura Triplex, Aduersus quẽ hactenus nemo uestrũ (qd' sciã) respõdet,

Rei

Rei igitur estis (quod dolēter dico) æternæ iuxta Pauli sententiam damnationis, & diu in hac uestra rebellione persistentes, Imperialis potestatis legibus aduersamini, & per hoc Dei quoq; ordinationi resistitis.

DE TRADITIONIBVS Ecclesiasticis.

CAPVT. IX.

ECclesiasticas autem traditiones eas uis intelligi, Bullinger, quæ è uerbo Dei petitæ, & pro ratione temporum & locorum ordinatæ, in Ecclesia à populo Dei agnoscuntur ac recipiuntur. Quas nō uis dici humanas, quod non inuentæ & promulgatæ sint hominum arte & ingenio, sed diuino è scripturis dei spiritu, Receptæ autem & obseruatæ à sancta Dei Ecclesia, approbas & eorum distinctionem, qui duplicia domini præcepta ac uerba ponunt, alia quidem scripta & literis expressa, alia uero non scripta sed ex mente Dei secundum regulā uerbi Dei deducta. Adducis itaq; exēpla, primum de ritibus quos circa baptismum & circa cœnam domini obseruatis. Deinde affers quædam à Paulo Apostolo tradita. Postea et eas adnumeras constitutiones quæ sunt de ferijs, de concionibus sacris, de precibus publicis &c. Hæc satis modeste à te dicūtur, & in uerbis speciem pietatis habere uidentur.

Verba Bullingeri.

At re ipsa & in practica uestrarum Ecclesiarum longe aliter se habent. Nam optimas & antiquissimas traditiones, quas Ecclesia M. D. annis in publico usu & perpetua consuetudine habuit, abijcitis, & nouas subornatis, non ex scripturis, sed ex proprijs capitum uestrorum

Improba uetterū traditioum mutatio.

ſtrorum figmentis deductas, uerbi gratia, circa baptizandi ritum omittitis ueteres Exorciſmos, unctionem chriſmatis & olei ſancti, fontis baptiſmalis benedictionem atq; inunctionem, ſalis conſecrationem & uſum, luti ex ſputo ad aures baptizandi applicationem, & id genus alias pias obſeruationes, quibus tot ſæculis Catholica per orbem Eccleſia conſtanter uſa eſt.

Sic & circa ritum Euchariſtiæ conſecrandæ & ſumendæ ſacratiſſimas pariter & antiquiſſimas reiecitis Ceremonias, quibus per uniuerſum orbem in miſſa uſi ſunt Catholici ſacerdotes, & nouas irreligioſa petulantia excogitatis, unuſquiſq; ſecundum caput ſuum. De quibus & magnæ inter uos ortæ ſunt contentiones & ſectarum diſſidia, & magnæ propter ipſarum uariam mutationem ac diuerſitatem in populis conturbationes & ſcandala, quemadmodum & tu ipſe recte dicis hic. Neminem eſſe, qui non uideat, quantum inde turbarum, quanta conſciſio in eccleſia Chriſti oriretur, q̃ deniq; turbaretur ordo omnis, & charitas ſolueretur Chriſtiana, ſi talia quilibet pro ſuo arbitrio uolueret & reuolueret, ſeruaret aut negligeret. Recte quoq; contra huiuſmodi nouitates concludis, quod non ſint aſpernandæ protinus omnes traditiones Eccleſiaſticę ob id, quod de uerbo ad uerbum in ſacris literis non inueniuntur.

Miſſa impie aboletur.

Iniuſtiſſime igitur reiecitis miſſam, ſacrum Canonẽ ſignacula crucis, ſacrata uaſa et ornamenta, quæ ad honorem et reuerentiam tanti ſacramenti pia mater Eccleſia ſancte inſtituit, totq; ſæculis per totum orbem continuo uſu approbauit. At dices forſitan, hæc noſtra in ſacris literis de uerbo ad uerbum non inueniri. Hanc

uero

uero cauſationem tu ipſe iam reprobaſti. Si autem dixeris, ne deduci quidem poſſe talia ex ſacris literis, non id maxime inficiamur, & contrarium ex libris noſtris oſtendimus. Quot enim ſcripturarũ locos pro aſſerendo Miſſæ ſacrificio, ex utroq; Teſtamento, contra uos, in mediũ adduxerunt doctiſſimi uiri, Epiſcopus Roffenſis in Anglia, Iodocus Clichtouæus in Gallia, Albertus Pius in Italia, Albertus Pighius in Brabantia, Ioannes Eckius in Bauaria, Alfonſus in Hiſpania, aliiq; permulti, quos cõmemorare oẽs longũ feret. Quandoquidem & clariſſime per Orbem Vniuerſitates, Pariſienſis, Louanienſis, Colonienſis aliæq; non paucæ per ſuos Theologos ſententialiter ueſtros de his errores condemnauerunt. Et ego omnium minimus, in plæriſq; libellis Teuthonice ſcriptis ac euulgatis itidem feci, contra quos neminem ueſtrum reſpondiſſe uidi, ne audiui quidem. Quod ſi me ſuperbe contemnitis omnes, uelut nimis ignobilem & indoctum, facile quidẽ feram contemptum mei dummodo ad aliorum clariſſimorum reſpondeatis ſcripta uirorum.

Interim tamen in faciem tibi dictũ uolo, me ſic confidere in domino, ut per gratiam eius poſſim pro ſacrificio Miſſæ multo plures in medium afferre ſcripturarum locos, q̃ tu aut ullus complicum tuorum poſſit ex ſcripturis probare, quod tres in una ſimpliciſſima deitatis eſſentia ſeu natura debeant dici tres perſonæ, potius q̃ tres uiri, uel quod uerbum illud, de quo Iohannes ait. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbũ: debeat dici hypoſtaſis aut perſona potius q̃ ſubſtãtia aut eſſentia. Et ſtipulatũ iã uolo inter te & me, quod denos ſim (Deo bene aſpirante ac

Miſſam ex ſcripturis probari ac deduci.

rante ac iuuante) ex ſcripturis locos pro ſacrificio miſſæ prolaturus, quoties tu ſingulos pro iſta huius uocabuli perſonæ acceptione (qua nobiſcum recte credis tres dici perſonas in una diuinitatis eſſentia, & uerbum æternum uere perſonam eſſe) ex Canonicis ſcripturis attuleris. Cum igitur recte ac pie credas nobiſcum tres in uno Deo perſonas, non autem tres Deos aut dominos, & æternum patris uerbum unã perſonam, eamq; patri conſubſtantialem & coæqualem. Id q; facias ex Eccleſiæ autoritate & fide potius q̃ ex ullis ſcripturæ locis, de tam ſublimibus articulis expreſſe de uerbo ad uerbum atteſtantibus, nunq̃ poteris ueſtram excuſare impietatem, quod non pari ratione nobiſcum & cum uniuerſa per orbem Chriſti eccleſia credere dignamini, Miſſam uere ac recte dici & eſſe ſacrificium.

Hæc de ritibus non ſcriptis expreſſe, circa Baptiſmum & Euchariſtiam obiter dicta ſint.

Quæ uero ex Apoſtolo Paulo affers, rectius dicis. Miror equidem, te his uti hic exemplis, cum loquaris de ijs præcipue, quæ in Canonicis aut ſacris libris de uerbo ad uerbum nõ ſunt expreſſa. Quid igitur? Nũquid Pauli Apoſtoli epiſtolæ inter Canonica ſcripta connumerari non debent? Abſit. Cum igitur de uelãdis mulieribus in templo, clariſſima Pauli uerba habeãtur in priore ad Corinthios epiſtola expreſſe, cur ea refers inter eas traditiones, quæ in ſacris expreſſe non habentur?

1. Cor. 11.

Lex Pauli de uelando capite mulieris.

Ergo circa hunc ſaltem Pauli locum deberes merito conſyderare & humiliter agnoſcere, q̃ magni facienda nobis ſit ubiq; Eccleſię per ſpiritum ſanctum autoritas. Ecce enim Paulus ibi expreſſe in Canonica ſcriptura ſua multis

ſua multis rationibus, atq; etiam ſcripturæ ſanctæ au-
toritatibus probat, uelato eſſe capite debere mulieres,
dum orant aut prophetant, Attamen apud nos Germa
nos (qui per intemperatas iactantias ueſtras plus cæ-
teris nationibus nunc in fide ſapere uolumus q̄ ſapiũt
reliquæ Nationes Catholicæ, & in fide Chriſti longe
antiquiores nobis) Virgines (quæ utiq; ad muliebrem
non ad uirilem ſexũ nõ pertinent) non ſunt in templis,
dũ orant, uelato capite. Quà igitur ratione aut ſcriptu-
ra eas, dũ ſic faciunt) à peccato mortali excuſabis, qui
Eccleſiæ autoritati tam parũ tribuis?

Vane ac ſuperbe contenditis nũc omnes, quotquot
à Ro. Eccleſia duce Luthero deficitis, grauiter peccare
nos, q̄ Laicis nõ porrigimus Euchariſtiam ſub utraq;
ſpecie, Cum aperte (quod nos utiq; negamus) in Euã-
gelio præceptum ſit, ut laicis utramq; demus. At multo
apertius atq; expreſſius precipit, atq; etiam ex antiquio-
ribus probat ſcripturis Apoſtolus Paulus, ut mulieres,
dum orant, uelato ſint capite, Cur igitur hoc ueniale ac
diſpenſabile facitis, illud uero mortale atq; irremiſſibile
peccatum, cum tamen de laicis ſub utraq; ſpecie cõmu-
nicandis expreſſe nihil in ſcripturis habeatis, De uelan
dis uero mulieribus, dum orant, expreſſum & multis ra
tionibus atq; etiam ſcripturis confirmatum habeatis
Pauli Apoſtoli mandatum?

Contentio de utraq; ſpecie ſacramenti.

Nec ualet eluſio, ſi dicas, Virgines nõ eſſe mulieres,
Quia Paulus ibi de ſexuum differentia loquitur, nõ de
corruptis & incorruptis, Et S. Hieronymus ex multis
ſcript uræ locis contra antiquos hæreticos probat, Vir-
gines quoq; in ſcripturis mulieres dici. Id quod manife
ſtiſſimũ eſt, de Eua in Paradiſo, et de Dei genitrice ſub

Hiero. contra Heluidium, Vigil. & Ioui.

Gen. 2. & 3.

cruce dñi stante. De Eua em̃ adhuc uirigine ait scriptu ra. Et ædificauit dñs Deus costã, quã tulerat de Adã, in mulierẽ. Item. Mulier, quam dedisti mihi sociã, dedit mihi de ligno & comedi. Similiter & de uirgine uirginũ profert Euangelium atq; etiam Paulus testimonia, q̃ dicta est mulier, Nam ipse met dominus ad eam dixit, Quid mihi & tibi est mulier? Nondũ uenit hora mea. Itẽ. Mulier, ecce filius tuus. Sic & Paulus ait, Vbi uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suũ, factũ ex muliere, factũ sub lege. Desinite ergo aliquãdo (rogo) contra Ecclesiæ autoritatẽ de scripturis uane proteruire, hoc em̃ saluti animarum uestrarũ nõ expediet, Quia scriptũ est. Ne dimittas legẽ matris tuę. Cæterũ, q̃ cõstitutiões Ecclesiæ de ferijs seruãdas esse affirmas, licet in sacris literis expressæ non sint, laudo quidem & approbo, sed uideo uobis haud iniuste obijci posse illud Christi de Pharisæis & scribis in Euangelio. Dicunt et nõ faciunt. Video quippe, magno apud nos Catholicorũ scandalo & offensione uiolari à sectarũ uestrarũ populis celebria festa dei genitricis, Apostolorũq; & Martyrũ atq; Confessorum quorundã. Quin imo & Ascẽsionis dñi festũ (qd' nobis Catholicis iuxta antiquam Ecclesiæ obseruationẽ merito celeberrimũ habetur) insectis uestris uilibus ac seruilibus prophanatur laboribus. Celebratis quidẽ dies dominicos & q̃dã festa Christi, abstinentes in ijs à seruili ope, sicut & nos facimus, Sed libenter ex te audire uelim, q̃bus nã ex scripturis deduci queat, Diem dñicũ potius q̃ sabbatũ, & Diẽ Natiuitatis, potius q̃ Ascensiõis dñi feriandũ esse. Proba nobis quęso, semel tuũ in ijs magisteriũ, qui tam alte supra Papã & omnia Concilia sapis apud temetipsum.

Ioh. 2. & 19.

Gal. 4.

Pro. 1. & 6.

Violatio festorum.

Math. 23.

De con-

DE CONSTITVTIONI-
bus humanis.
CAPVT. X.

TV magno ſuperbiæ faſtu ac ſupercilio, & autorita te plꝰ q̄ Papali in corde tuo, ſtatuis ac definis, quę nam traditiones dicendæ ſint humanę. Humanæ (inquis) traditiones reuera illæ ſunt, quæ ab hominibus et contra ſcripturam & ſine ſcriptura, uel bona aut ſtulta potius intentione ac ſuperſtitione, uel alio quopiam affectu humano prauoq̄, natæ cōditæ atq̄ confirmatæ ſunt. Cuiuſmodi ſunt (ais) leges Papiſticæ uariæ & innumeræ, de Purgatorio & Purgatorianis animabus, De expiationibus, ſatisfactionibus & Miſſarum nundinatione, De indulgentijs & Anniuerſarijs, De legationibus & emptitijs precibus, De cantu & neſcio quibus (ut contemptim loqueris) horis Canonicis, De ſacramentorum iuſtificatione & gratia, de merito cultu & ueneratione ſanctorum, De Idolis, pictura, anathematis, donis et uotis, de conſecrationibus uarijs, de primatu Papæ, plenaria poteſtate ſedis Romanæ, de Cardinalium inſtitutione. Monachiſmo, & quæcumq̄ fere præcipiunt uaniſſimę Decretales. *Verba Bullinger de Traditionibus humanis.*

Hęc tua eſt definitio, Bullinger, et magiſtralis determinatio, quæ profecto nihil aliud eſt q̄ traditio humana, qualem tu definis. Nam & contra ſcripturam & ſine ſcriptura, ex prauo humani cordis affectu, à te poſita eſt, Etenim contra ſcripturam eſt, quæ te iubet audire Eccleſiam, ſubditum eſſe ſublimiori poteſtati, ac tuo ſubiacere præpoſito. Hæc aūt tua determinatio cōtra Eccleſiā ē Catholicā, cōtra ſublimiorē q̄q̄ poteſtatē *Reprobatio.* *Matth. 18.* *Ro. 13.* *Hcb. 13.*

tam imperialem q̃ Papalem, & contra prępositum tibi à Deo Episcopũ siue Constantiensem siue Curiensem aut Sedonensem, Loci Ordinarium, in cuius Diocœsi tã superbe insurgis Ecclesiãq; dei Catholicã, cõtra Pauli Apostoli doctrinã, cõtemnis, iudicas atq; etiã cõdemnas erroris & ipietatis, piosq; & simplices Chri fideles (ꝓpter ꝗs mortuꝰ ipse ẽ) noua hac cẽsura tua cõturbas.

1. Cor. 11. Rom. 14. Prouer. 18.

Iudiciũ in eos qui conturbãt fideles. Gal. 5.

Merito igit timeres Dei sup ipsce peccatis tuis iudicium, si nõ uenisses in profundũ delictorũ, in quo miser iaces, uelut mortuus à corde & cõtemnis, sed cõtemne, ut lubet, non contemnet Deus Pauli sententiam in te tuiq; similes siue magistros rebellionum siue discipulos aut imitatores prolatam, in hæc sane uerba ad Galatas. Qui autem uos conturbat, portabit iudicium, quicunq; est ille. Ac multo minus contemnet Euangelicã illã apud Mathæũ Christi dñi nostri sententiam. Quicunq; scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Math. 18.

Iudicium Dei in zuinglium.

Si ergo tale iudicium erit ei, qui uel unum ex fidelibus Christi in fide sua conturbat, ac scandalizat, Quale putes iam accepisse tuum Zuinglium, qui tam multos pios ac religiosos utriusq; sexus homines, apud inclytos Heluetiorum Cantones et populos, non solũ in fide et religione antiqua Ecclesię grauissime turbauit ac scãdalizauit, uerũ etiam pestilentissime reproborum dogmatũ uenenis infecit, atq; ab unitate Eccl'iæ in damnatã Lutheri sectã abduxit, & in nouũ & falsificatũ Euãgeliũ (quod ignorauerũt sancti patres & maiores eorum) transtulit, dumq; id feruentissime ageret, non solum scriptis & sermonibus, uerũ etiam ui & manu armata, in ne-

in nefandorum conatuum cursu medio repente oppressus & abscisus est, non insidijs & arte Episcoporum (uti tu falso narras) sed apto marte in publico, prælio manibus fortissimorũ ex quinq; Cantonibus uirorũ, q eum in strage inter recens occisa corpora semineceṁ et adhuc spirantem fortuito repertum, traxerunt in iudicium, atq; non ut orthodoxum (qualem tu falso dicis) sed ut hæreticum atq; ciuilis inter Heluetios belli autorem & incentorem præcipuum ultimo supplicio adiudicarunt.

Huncigitur sortitus est infœlicem et inglorium exitum tuus ille sanctæ memoriæ (ut falsõ scribis) Antistes (à seipso natus & ordinatus) Ecclesiæ Tigurinæ, qui nouo exemplo, contra morem omnium sanctorũ Antistitum, arma induere et ad pugnandum hostiliter procedere, pugnamq; inire contra Catholicos uicinos suos non est ueritus. De cuius manu requirit nunc incessabili (ut credimus) cruciatu apud inferos sanguinem omnium animarum (quæ per illum ex Ecclesia in sectam abstractæ & seductæ, inæternam cum ipso mortem abierunt) inexorabilis omnium damnatorũ Iudex. Hæc per digressionem dixerim, non ut insultẽ (optarem enim doctissimo & magni ingenij uiro fata meliora, si fieri posset) sed ut te fideliter tristi hoc exemplo admoneam, ne in uestigijs eius pertinaciter usq; in finem inhæreas. Intelligis autem ex iam dictis, istam determinationem tuam plane contra scripturam esse, sed & sine scriptura est. Quum nullam prorsus adducis scripturam in hac definitione tua, per quam tibi credendum esse iure postulare possis. Quare iuste ac secure concludo, eam non esse ex scripturis deductam, sed *Ezech.3.et.33*

ex prauo cordis tui affectu natam ac maligne confi-
ctam.

Purgatorium ex scripturis deduci. Sen. lib. 4. dis. 45.

Nullam profecto poteris indicare scripturam con-
tra quam sit Purgatorius ignis. Nostri autem Docto-
res tum Ecclesiastici, qui super Euangelia & Pauli epi-
stolas commentati sunt, tum scholastici qui super quat
tum librum sententiarum scripserunt, & qui hisce tem
poribus contra male renouatas à uobis, Vuiclephi &
Hussitarum hæreses multa ac uaria ediderunt opuscu-
la, copiose satis & ex scripturis Canonicis et ex sancto-
rum patrum testimonijs Purgatorium necessario con
fitendum & asserendum esse demonstrarunt. Quod si
paruitatis meæ quoq; de purgatorio igne libellū (quē
ante annos undeuiginti, dum in rusticorum tumultu
exularem, Coloniæ scripsi germanice) legere dignare-
ris. Inuenies ibi. xxiiij. locos ex utroq; Testamento p-
ductos, Doctores præterea tum græcos tum latinos in
haud paruo numero, eosq; classicos & tantę apud fide-
les autoritatis, ut nemo, nisi magnæ sit impudentiæ at-
q; proteruiæ, eos rationabiliter reijcere queat.

Quod si omnes Catholicos doctores tam ueteres q̄
Neotæricos unà cum xxiiij. locis ex Canonica scriptu
ra à me productis proterue reieceris, aut uanis cōmen-
tis eluseris, aut in alienum sensum uiolenter detorseris.

Lutherus in declaratione quorundam artic. et in disputatiōe Lipsica et in resolutione 95. propositionum.

Certe Lutherum tuum (quem in religione uera restau
randa excellentissimum impudenti uanitate dicis) nul
lo prætextu honeste reijcere poteris. Is autem Purga-
torium persæpe tanta cum certitudine asseruit, ut affir
mare ausus fuerit, se non solum credere sed & certo sci-
re, quod sit Ignis Purgatorius, in quo animæ ineffabi-
lem patiantur pœnam, nosq; teneamur eas iuuare ora-
tionibus,

tionibus, ieiunijs, eleemosynis & quomõcunq; possumus. Quid, rogo, respondere ad hæc poteris, ô Bullinger? Si enim hunc quoq; Purgatorij testem reieceris, te ipsum mendatij arguas oportet, qui eam in religione uera restauranda excellentissimum pronunciasti.

Quin potius agnosce salubriter, quàm cæcum sit tuum de ijs omnibus, quæ pro traditionibus humanis habes & reijcis, iudicium, dum mens tua amaro in nos odij affectu obnubilata, uerum à falso recte discernere nõ potest. Ex supradictis enim uidere poteris, q̃ clare ac copiose ex scripturis deduci queat & missæ sacrificium et ignis Purgatorius, quod nõ prolixe nunc agere uelim, de alijs quoq; articulis, quos contra Ecclesiæ autoritatem superbe reijcis, similia producere & affirmare possem. Cum igitur tu ipse fatearis, Ecclesiasticas traditiones, quæ ex scripturis deduci queant, non esse reijciendas, etiamsi uerbatim (ut ais) non sunt in sacris literis expressæ, non uideo equidem, qua æquitatis aut honestatis ratione tam multos & magnos fidei nostræ articulos, quos per tot retro sæcula omnis per orbem ecclesia Catholica tenuit in perpetuo usu & consuetudine, reijcere possis, propter hanc unam causam, quod non reperiuntur de uerbo ad uerbum in scripturis, cũ tamen & ex scripturis & ex sanctorum patrum testimonijs & ex publica totius Ecclesiæ practica & obseruatione possint manifestissime deduci, probari & confirmari, & quidem lõge clarius atq; facilius, q̃ possunt ea, quæ tu circa Baptismum & circa Eucharistiam ex scripturis deducenda proponis.

Ex quibus quæso scripturis deduces aut probabis, quando

Ritus circa baptiſmum et cœnam domini.

quando baptizatur infans, ut adſint uades qui pro eo fide iubeant? Nunquid alius pro alio credit? Aut nunquid fides unius iuſtificat alium? Scriptum eſt autem. Iuſtus ex fide ſua (non ait, ex fide aliena) uiuet. Hæc dico, non ut uetcrem Eccleſiæ morem de patrinis ſeu ſuſceptoribus (quos tu nouo more uades appellas) reprehendam, abſit, ſed ut tibi oſtendam, & triuola ſit & uane excogitata tua de approbandis aut reijciendis Ecclesiæ traditionibus definitio.

Abacuc. 2. Heb. 10.

Ex quibus deinde ſcripturis deduces, quod cœnandum ſit uobis coram domino in templo publico, non in ſtrato aliquo cœnaculo, tempore item matutino nõ ueſpertino: ante alios cibos ſumptos, & non à cœna? Vbi prohibet ſcriptura, cœnare in ſtrato cœnaculo? Vbi uetat cœnare tempore ueſpertino? Vbi item interdicit, poſt alios cibos ſumptos cœnare? Si ergo in ijſce obſeruationibus ab Eccleſia traditis, ad maiorem Euchriſtiæ uenerationem et reuerentiam, ultro acquieſcis Eccleſiæ autoritati. Cur non acquieſcis eiuſdem Eccleſiæ traditionibus in cunctis alijs conſtitutionibus, & obſeruationibus, quas ad ampliandum Dei cultum & honorem atq; ad incitandum frigidiora corda noſtra ad maiorem deuotionem atq; timorem Dei, pie inſtituit, ac ſancte tot ſæculis inuiolabiliter ſeruauit?

Iniqua reiectio traditionum.

Non enim poteris nobis indicare ullos ex ſcripturis Canonicis locos, in quibus prohibeantur nobis, Monachiſmus, Primatus Papæ, Meritum cultus aut uenera tio ſanctorum, Picturæ aut Diuorum imagines, Vota, herbarum ſaliſq; & aquæ benedictio ſeu conſecratio in Chriſti nomine facta, horæ Canonicæ, Miſſarum ſolennia, ſacramentorum iuſtificans gratia & id genus reliqua

reliqua, Qualia tu permulta, contra omnem scripturã & Ecclesiæ autoritatem temere reijcis, tanq; humanas & Deo contrarias traditiones, Cum non ignores, taliũ rerum cultuumq; & obseruationem crebram hinc inde in scripturis Canonicis prophetarum & Apostolorum mentionem fieri, si non passim expressis uerbis, saltem implicite, iuxta sanam Ecclesiæ (quæ ueritatis columna dicitur) intelligentiam, Neq; tamen deceret, tam antiquos & tot seculis ab Ecclesia Catholica receptos & usitatos ritus & obseruationes, sic reijcere, etiã si nullũ Iota expresse in scripturis Canonicis de eisdẽ haberet. Ipsa enim Ecclesia (quã & Chrs audire iubet, et Paulus colũnã & firmamẽtũ ueritatis uocat) per seipsa digna ẽ, cui uel siue scripturis credi debeat, saltẽ ꝓpter Chrĩ (q ẽ ipsamet ueritas) ꝓmissiões, ei de spũ ueritatis factas. Quę te (rogo) scriptura iubet, uel cõtra Ecclesiæ latinę receptũ usum sub utraq; specie cõmunicare, uel in quadragesima & alijs Ieiunij per anni circulũ diebus uesci ouis & carnibus? Cum non ignores, ijs eo tempore & huiusmodi diebus uesci esse contra morem antiquum patriæ & contra legem charitatis, Nõ enim secundũ charitatem ambulat, qui pusillos in Christũ credentes, prophana nouatione cõturbat et scandalizat, sicut egregie docet Apostolus in epistolis suis ad Romanos et ad Corinthios atq; etiam ad Galatas. Et insignem habemus Apostolorum & seniorum determinationem consimilis quęstionis, quæ erat de sanguine & suffocato, A quibus tamen necessario abstinendum esse censuerunt primis ex gentibus Christianis, ne ijs uescendo conturbarent aut scandalezarẽt fideles ex Iudæis. Sic & Paulus dixit. Si esca scandalizat fratrem meũ, nõ manducabo

Math. 18. 1. Tim. 3. Ioh. 14.

Graue peccatũ scandalorum.

Rom. 14. 1. Corin. 8. Gal. 5. & 6.

carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

Quam necessaria sit nobis Ecclesiæ autoritas.

Quod si non esses indurato aduersus Papam et Ro. Ecclesiam anima, agnosceres utiq; nobiscũ, quanta & q̃ necessaria nobis sit in huiusmodi obseruatiõibus uel ĩstituẽdis uel tollẽdis aut mutãdis sanctę matris Ecclesię autoritas, etiãsi nulla de ijs exp̃ssa sit in scripturis sententia, Quin etiam pro loco & tempore in quibusdam, quæ etiam in scripturis Canonicis expresse habent̃, suã interponit autoritatem, ne obligent ad semper & ubiq;

Act. 15.

Nunc em̃ non obligat nos decretum illud Apostolorũ de sanguine & suffocato, quod tamen obligabat tunc quando promulgatum fuit. Simile quid dictum est supra de uelando mulierum capite quando orant. Et non multum dissimile est illud quoq;, quod ad Ianuariũ ex ore S. Ambrosij retulit S. Aug. Dum Romæ sum, in sabbato ieiuno, Dum Mediolani sum, non ieiuno.

Sinistra Pauli expositio.

Nequaq̃ igit̃ cõcesserim tibi, Paulũ generaliter hui⁹ esse quã tu ꝓfers, sentẽtię, nempe ꝙ oẽm existimationẽ auferat cõstitutionibus humanis, & oẽm eis ueritatem ꝓrsus adimat, ac tribuat eis mẽdaciũ per oĩa, Vbi sic ait

Ad Tit. 1.

ad Titũ de Cretẽsibus. Quãobrẽ redarguito illas seueriter, ut sani sint in fide, nõ attẽdẽtes Iudaicis fabulis, et p̃ceptis hominũ auersantiũ ueritatem, Tu ex his Pauli uerbis mox elicis, sed nõ recte, Paulũ ibi p̃ceptis hominũ semel & simpliciter oẽm adimere ueritatẽ, eaq; mera esse mendacia. Hoc certe Paulus minime dicit. Nõ em̃ dicit, uel oẽs hoĩes esse ut Cretẽses, uel oẽs hoĩes auersari ueritatẽ, uel oẽs hoĩes Iudaicis attendere fabulis, uel oẽs homines duriter aut seueriter increpandos aut redarguendos esse, Quin potius laudat Romanos, laudat Philippenses, Colosenses, Thessalonicenses, Timotheum

motheum & plæroſq; alios, & nuſq; uniuerſaliter dicit omnium hominum mandata nullam habere in ſe ueritatem aut mera eſſe mendacia, ſicut tu dicis. Erat et ipſe homo, adeo ut cum à Lyſtrenſib⁹ pro Deo haberetur, ipſe conciſa tunica reclamauit, dicens ſe mortalē eſſe, ſimilem nobis hominem. Nunquid igitur omnia eius mandata erant mera mendacia? At rectius ait ipſe ad Theſſalonicenſes ſuos. Cum accepiſſetis à nobis uerbū auditus Dei, accepiſtis illud nō ut uerbū hominū, ſed ſicut uere eſt uerbum Dei. Et rurſus, Qui hæc ſpernit, nō hominem ſpernit ſed deum, qui etiam dedit ſpiritū ſuum ſanctum in nobis. Sic & Eccleſiæ (cui deus eundem utiq; ſpiritū ut promiſerat dedit) mādata de feriis, de ieiunijs, deq; alijs id genus religionis noſtræ obſeruationibus, non debent ut hominum mandata, quæ tu mera dicis mendacia, ſperni, ſed potius ut uerbum Dei uenerabiliter recipi. Quin ipſe dixit, Qui uos audit, me audit. Et qui uos ſpernit, me ſpernit, & eum qui me miſit.

Act. 14.

Theſſ. 2. et 4.

Ioh. 14.

Luc. 10.

At dices, ſicut poſt multa cōmemoras, ſucceſſoribus Apoſtolorum non eſſe ius condendi leges conceſſum, ſicut Apoſtolis, Quia et in uita et in doctrina lōge ſunt inferiores Apoſtolis, imo dicis ex Diametro diſcrepare noſtros Prælatos, ab Apoſtolorum uita & doctrina. Ideo et negas eos eſſe Apoſtolorū ſucceſſores, idq; facis uerboſiſſime, Ad quæ ſane omnia breuiter dixerim, Nos nuſq; æquare Apoſtolis Prelatos noſtros. Quāq; enumerare poſſum⁹ pmultos in Ro. Eccleſia (quāuos deſertores nūc maxime, uelut oīm peſſimam, criminamini ac ſeditioſe impieq; oppugnatis) Petri ſucceſſores, qui et uitæ ſanctimonia & doctrina ſana atq; etiam

Calumnia contra ſucceſſores Petri.

miraculis longe lateq; clarueruntNeminem tamen ex eis æquamus Apostolorum Principi Petro in spiritus sancti donis, fructibus & illustrationibus.

Affirmamus nihilominus, eandē illos habuisse atq; adhuc hodie habere clauium potestatē in illa sacro sancta sede quam habuit, dū in ea sederet S. Petrus, Christus enim non soli Petro, sed & successoribus eius, clauium potestatem & quidem plenissimam (nihil excipiens) tradidit, Ait enim ad Hebræos Paulus, Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula, Et ipse dominus, Ero (inquit) uobiscum usq; ad consumationem sæculi. Item, Aliū paracletum dabit uobis pater, ut maneat uobiscum in æternum. Non es (credo) tam impudens aut insanus, ut dicas, q; nescierit Christus Petrum aliquando moriturum esse, Cū prędixerit ei, qua morte clarificaturus esset Deum. Non igitur soli Petro, sed et successoribus eius dictū uoluit, Tibi dabo claues regni cœlorum, Quodcunq; solueris super terram, Confirma fratres tuos, Pasce oues meas &c.

Heb. 13. Math. 28. Ioh. 14. Ioh. 21. Math. 16. Luc. 22. Ioh. 21. Ro. 13. 1. Pet. 2. Math. 23

Quisquis igitur tantę clauium regni cœlorum potestati resistit, Dei (teste Paulo) & Christi eius ordinationi resistit, damnationem q; sibi acquirit. Docet enī ipse Petrus, obędiendū esse non tantū bonis, sed & discolis. Et in Euangelio ipse dominus ait, Quæ dicunt facite, secundū opera uero eorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt. Per hæc tamen nolim à peccatis excusatos habere prælatos nostros, quicūq; non faciūt quod sui est officij, Ad hoc tantū retuli, q; potestas clauium in præsidente aut Pontifice contemni aut negari non debeat, etiamsi moribus Apostolorum uita eius nō respondeat, Alioqui nulla foret inter bonos & malos

prælatos

prælatos differentia. Quam tollere, manifeste contra Euangelium est. Christus enim multis in parabolis magnum inter eos discrimen facit: quorũ hos bonos prudentes, uigilantes & fideles, illos malos, pigros & nec̃ atq; inutiles appellat. Math. 24. & 25. &c.

DE AVTORITATE GENERALIVM CONCILIORVM.

CAPVT. XI.

REprehendis nos præterea, Bullinger, quod Generalia Concilia Catholicam Ecclesiam repræsentasse credimus, & eorum Canones atq; decreta Ecclesię esse dicimus. Ego insuper addere ausim, eiusmodi Canones & decreta (quæ ab approbatis à sede Apostolica Conciliis sunt ædita) dictata esse & ab ipsomet Christo, in cuius nomine fuerunt congregata, & à spiritu eius tanc̃ à Seruatore (ut sic loquar) primæ sententiæ, iuxta Decretum primi Concilij, in quo dictum est. Visum est spiritui sancto & nobis. Autoritas Cõciliorum. Math. 18. Act. 15.

Certe si absq; prauo affectu syncero cum iudicio legisses aut legeres adhuc ea, quæ pro autoritate Conciliorum, aduersus xxix. propositionem Lutheri, inter cæteras in Bulla Leonis iudicialiter ac legitime damnatas, scripsit ante xxij. annos doctissimus Antistes & sanctissimus martyr Christi Iohannes Fischerus Episcopus Roffensis in Anglia. Rectius utiq; sentires ac modestius loquereris de synodis Generalibus c̃ nunc facis. Etenim cum Lutheri articulus, à Leone Papa condemnatus ita haberet. Via nobis facta est enruandi autoritatem Conciliorum, & libere contradicendi Episcopus Roffensis cõtra Lutherũ.

eorum gestis, & iudicandi eorum decreta. Respondẽ Rossensis, quod nõ possit quisq; articulus hoc uno pestilentior excogitari. Tollit enim (inquit) uniuersum totius Ecclesiæ robur, sed & animos Christianorum prorsus incertos reddit, cui potissimũ credere debeant. Si enim generali Concilio secure credi nõ posset, cuius erit autoritati credendum? Neq; foret interno scendi facultas hæreticum ab Orthodoxo: quum ille non minori constantia contendat, apud se ueritatem scripturarum esse, & orthodoxus apud se. Si ergo Ro. Pontificem recusemus, si Concilia contemnamus, non solum particularia, sed etiam ipsa plenaria. Quid iã reliquum est, nisi ut is præualeat qui loquacior fuerit, & contentiosior, atq; temerarius magis, & quem non pudet mendacia pro uerissimis asserere. Hæc uir ille optimus & deditissimus, qui non Lutheri solũ, sed & Oecolampadij uestri, errores non paucos eruditissime cõfutauit, contra quem nemo uestrum tanto tempore ad sua defendenda quicq; (quod sciam) edidit.

Cõtra 30 propositiones Lutheri.

Scripsi & ego ante annos sex Teuthonice contra xxx. propositiones Lutheri, quas contra Generalia Vuittenbergæ disputauit ac euulgauit Concilia, & ad singulos confutando respondi, & obieci uicissim lxx. cõclusiones pro Concilijs ex scripturis deductas, quin etiam xxx. testimonia irrefragabilia. In quintuplici genere. Vtpote sex ex ueteri Testamento, & totidem ex nouo, sex item ex legibus Imperatorum, totidemq; ex Iure Canonico. Deniq; et ex antiquis ac sanctis Ecclesiæ doctoribus sex, quæ sane omnia adhuc ualide persistunt, nec poterunt ab ullo iuste confutari. Proinde & tibi (qui in eadem es sententia & damnatione cum Luthero)

Luthero) ea nunc responsionis uice obiecta esse uolo.

Cæterum quod negas, in Conciliis congregari Episcopos in nomine Christi, eo quod non custodiant uerbum Christi, sed suam quærant gloriam: impudens plecto calumnia est in tot retro per M. D. annos sanctos patres, qui aduersus hæreticos pro stabiliēda Christi fide, aut pro reformando Christi clero adiungendoq; cultu Dei pijssime congregati fuerunt, nihil prorsus uel contra scripturas, uel contra Christi gloriam statuentes, nec tu contrarium probabis unq̄. Quę est igitur cæcitas & impudentia uestra, ut nudis uerbositatibus uestris uelitis haberi fidem, uosq; ab omni in terris iudicio exemptos iure uideri, & Generalibus Cōciliis (quibus uenerabiliter acquieſcunt & obedientiam ab omnibus deberi fatentur leges publicæ) per seditiosas discessiones uestras mox omnem adimi autoritatem & fidem? Quis hoc pium aut æquum esse dicat? *Calumnia in sanctos patres*

Quid habes quæso, quod iuste obijcias planissimis uerbis S. Augustini ex epistola priore ad Ianuarium (quam & tuipse alicubi citas) ubi sic ait. Illa autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, uel ab ipsis Apostolis uel PLENARIIS Conciliis, quorum est in ecclesia SALVBERRIMA autoritas, commendata atq; statuta retineri. An non dicit in eadem epistola, contra huiusmodi, quin faciendā sunt, disputare, insolentissimam esse insaniam? *August.*

Nec habes quicquàm, quod legibus Imperatorum (quibus ipse met supra parendum esse censuisti) obijcias de Conciliorū autoritate, quarum unā & alteram *Leges Imp.*

breuiter

breuiter hic referam, ut ex ijs agnoscat suum aduersus Concilia peccatum conscientia tua. Etenim Martianus pius & Catholicus Imperator, hanc statuit legem, in Codice Imperiali. Iniuriam facit iudicio Reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita reuoluere ac publice disputare contenderit. Ideo in contemptores huius legis pœna non deerit. Quia non solum contra fidem uere expositam uenit, sed etiam Iudæis & paganis ex huiusmodi certamine prophanat ueneranda mysteria.

C. de summa Trinitate L. Nemo.

Sic & Iustinianus Imperator (cuius summa est apud Legisperitos autoritas) expresse statuit in Autenticis suis, tot iam sæculis publice receptis, & per totum Ro. Imperium approbatis de Conciliorum Canonibus & decretis, in hæc uerba. Sancimus (inquit) uicem legũ obtinere sanctas Ecclesiasticas regulas, quæ à sanctis quatuor Concilijs expositæ sunt aut firmatæ (Hoc est in Niceno, Constantinopolitano, Ephesino primo, & Chalcedonensi Concilijs) Prædictarũ enim quatuor Synodorum dogmata, sicut sanctas scripturas accipimus, & regulas sicut leges obseruamus. Idem præterea Imperator in alia constitutione, exhæredationis quoq; pœnam, tanq; in hæreticos, decernit in eos, qui nam sunt Catholicæ fidei, nec in sacro sancta Ecclesia communicat, in qua omnes (inquit) beatissimi Patriarchę, una conspiratione & concordia fidē rectissimam prædicant, & sanctas QVATVOR Synodos, Nicenam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam & Chalcedonensem, amplecti seu recitare noscuntur.

In Auten. collatione 9. cō stitu. 6. in principio.

In Auten. collatione. 8. con sti. 12. Vt cum de appellatione §. si quis.

Ex his iam uides, Bullinger, quibus te tuiq; similes mulctis ac pœnis subdāt publicæ Imperatorum leges, eo quod

eo q̃ quatuor illis primis Generalibus Conciliis (Ante Iustinianum enim non fuerunt plura in Ro. Imperio Generalia & Autentica celebrata Episcoporũ Concilia) non uultis esse subditi, Eadem uero est ratio de subsequentibus quoq; Generalibus Conciliis, quæcunq; à sede Apostolica fuerunt approbata.

Nam & ipse Rom. Pontifex in suæ fidei professione promittit, se sancta Octo uniuersalia Concilia, usq; ad unum apicem immutilata seruare, & pari honore ac ueneratione digna habere. Et quæ prædicauerũt et statuerunt, modis omnibus sequi & prædicare, Et quæcunq; condemnauerunt, ore & corde cõdemnare. Denicq; Damasus Papa, uir doctissimus (ad quem multa obedienter & reuerenter scripsit S. Hieronymus) in tetuicq; similes Conciliorum cõtemptores huiusmodi decreuit sententiam. Violatores Canonũ uoluntarie (inquit) grauiter à sanctis patribus iudicãtur, & à sancto spiritu instinctu cuius & dono dictati sunt, damnãtur. Quoniam blasphæmare spiritũ sanctum non incõgrue uidentur, qui contra eosdem sacros Canones, non necessitate compulsi, sed libenter aut peruerse aliquid agũt aut loq̃ presumũt aut facere uolẽtibus spõte cõsentiũt.

In Decretis. dist. 16. c. sancta Octo.

25. quæst. 1. c. Violatores.

Quod si tu hæc omnia infrunite contempseris, nulla profecto fronte cõtemnere potes Lutheri (quẽ ueræ doctrinæ Christianæ restauratorem uocas) de Conciliis testimonium. Is autem, cum à doctissimo Theologo D. Iohanne Eckio notatus esset, q̃ nihil teneret de Concilijs Generalibus, ita respondit. Hunc articulum non esse meum, intelligit (credo) quicunq; Resolutiones meas & Dialogum contra Syluestrum legerit, quã do id unice deploro ac gemo, non dignos nõ esse, ut uideamus

Luth. de Conciliis.

deamus legitimũ Concilium. Quinimo & contra tuos amicos Zuingliũ & Oecolampadiũ ſcribẽs, pro ſubſtantia et ueritate corpis & ſanguinis Chri in Euchariſtię ſacramẽto, ſic ait. Si diutius ſteterit mũd⁹, iterũ erit neceſſariũ, ut ꝓpter diuerſas ſcripturę interꝑtationes, q̃ nunc ſunt, ad cõſeruandam fidei unitatem, Conciliorũ Decreta recipiamus, atq; ad ea confugiamus.

Q; autem impudentiam & uanitatem eſſe dicis, dũ uobis obĵcitur, Concilia tot ſæculis approbata ab uniuerſa eccleſia Chriſti, nõ potuiſſe tam diu ad ueſtra uſq; hæc tempora errare. Quandoquidem & priſca Iſraelis eccleſia, quæ dilecta Deo erat, frequenter & compluribus annis, fœdiſſimis intricata & polluta fuerit erroribus. Ad hoc ita reſponderim, Priſcam Iudæorum Eccleſiam nõ habuiſſe tã magnas & gratioſas Dei promiſſiones, q̃ habet Catholica Chriſti Eccleſia. Nuſq; enim ait ad Iudæos, ſicut dixit ad Apoſtolos & fideles ſuos dominus. Ero uobiſcum omnibus diebus uſq; ad conſummationẽ ſęculi. Item. Pater mittet uobis alium Paracletum, ut maneat uobiſcũ inęternum, ſpiritũ ueritatis, Ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis. Si ergo Chriſtus uia eſt & ueritas, quõ à uero tot ſæculis aberrauit Eccleſia, quæ in Chriſto per charitatẽ ſemp fuit, & Chriſtus in ea? Quõ eam ſemper dilexit, ſi eam tot ſęculis neglexit & errare permiſit? Nũquid tam multis annorũ reuolutionibus ſpũs ueritatis in ea ocioſus fuit, & à nullo tot errorum, quos ei falſo & maligne improperas, ipſam liberauit, nec de ueritate recte inſtruxit?

Maiores in nouа lege q̃ in uet. promiſſiones.

Math 28.

Ioh. 14.

1. Ioh. 4.

Ephe. 5.

Quod autem tu illa uerba Chriſti. Docebit uos omnia, retorques contra Conciliorum decreta, quibus minime

nime sit opus, quia omnia ab Apostolis nobis tradita sint & in scripturis cõpræhensa, Vana profecto est hæc tua contentio, ac tædiosa tot uicibus repetita uerbositas quas supra iam dudum tot exemplis traditionum non scriptarum, Paulicq; & sanctorum patrum dictis confutata est, ut alia hic responsione non sit opus.

DE RO. PONTIFICVM *Decretis & Constitutionibus.*

CAPVT. XII.

DE potestate Papæ amplissime tractauerunt plærique doctissimi tum Canonistæ tum Theologi, eo præsertim tempore, quando graue ac scandalosum erat dissidium inter Papam Eugenium IIII. & Concilium Basiliense, atq; etiam antea, quando dissidebant ab inuicẽ Ro. Pontifices & Ro. Imperatores, qui erant Germani, Henrici, Friderici, Ludouici, Et acriter quidem sacrosanctum illam potestatem impugnauerunt ingenioſi quidam homines, Laurentius Valla, Marsilius Patauinus, Ioãnes Occan, Ioãnes Gerson, & Abbas Panormitanus, Sed tantundem ualuerunt & effecerunt argutis rationibꝰ, quantũ ui et armis Imperatores. *Frequens oppugnatio Papatus.*

Ea em̃ potestas non ab homine aut per hoiem, sed à Deo & dño nostro constituta est, quando dixit Petro, Petra ęterna Christus dñs, Tibi dabo claues regni cęlorũ. Itẽ. Tu es Petrus et sup hãc petrã ędificabo Eccl'iam meam, et portę inferi nõ pręualebũt aduersus eã. Exponite hæc uerba uos Poetici liguosiq; et sophistici Theologi ut lubet quãtacũq; uafricie ac peruersitate & quarumcumq; linguarum prætextu aut elegantiarũ fuco: *Frustra autem oppugnat.* *Math. 16.*

nihil tamen efficietis, quia potentissime resistit uobis uerbum Dei, quod semel locutus est Christus. Portæ inferi non præualebunt aduersus eã. Item. Rogaui pro te Petre ut non deficiat fides tua. Item. Cęlum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt.

Luc. 22.
Math. 24.

Vanus labor oppugnantiũ.

Proinde experiemini & uos tandem, sicut experti sunt ante uos alĩ tantæ, quæ à Deo est, potestatis impugnatores, omnes conatus & labores uestros inanes fore sine omni fructu & honore. Quia scriptum est haud uane aut inaniter, Nõ est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominũ. A domino factũ est istud, Ipse hanc dedit potestatem hominibus, in sede S. Petri legitime constitutis, non solum bonis & sanctis, uerum etiam dischołis, Quemadmodũ & Caiphæ, uiro pessimo, in Euangelio prophetiæ gratiam datã fuisse legimus. A domino igitur factũ est, ut nemo possit contra Papæ potestatem finaliter præualere, Quia fundata est super petram. Nihil igitur poterunt efficaciter aduersus eam uestræ pluuiæ allegationum, nihil flumina eloquentię, nihil uenti seditiosarum conspirationũ, Eueniet uobis post omnia malignitatis aduersus eam studia uestra idem, quod alĩs ante uos rebellibus euenit hæreticis & schismaticis, Nam petra hęc uos quoq; ut illos, tandem confringet, conteret & ad nihilum rediget, Quia os domini locutum est, & non cecidit hactenus, neq; deinceps cadet quicq; de uerbis eius in terrã. Non deficiet fides Petri, nec præualebunt aduersus eã portæ Inferi.

Pro. 21.

Iob. 11.

2. Reg. 3.

Non potuerunt aduersus eam præualere potẽtissimi Monarchę Ethnici Ro. Principes & Tyrãni, quãtum uis aduersus eã sæuierũt, Nõ Imperatores hæretici aut

Patriarchæ

Patriarchæ ſuperbi Conſtantinopolitani, nam hæretici Arriani, nõ præpotentes Reges Gothorũ & Vandalorum (licet Romam ipſam cæperint, diripuerintq; & incenderint) nam bellicoſi Imperatores Germani, non doctiſſimi & eloquentiſſimi hæretici Arriani, Donatiſtæ, Pelagiani, & id genus alij, qui plures habuerunt complices q̃ uos adhuc habetis, nõ maligniſſimi denicq; ac perfidiſſimi Albigenſes, qui contra hanc ſedis Apoſtolicæ poteſtatem in Hiſpanias ex Aphrica euocauerũt Sarracenorum Regem Memelinum cum multis centenis Milibus hominum, qui furore cæco & impio iactitabat & minabatur, ſe ex Baſilica S. Petri Romæ ſtabulum equorum facturum eſſe, ſed uana & ſtulta erat eius iactantia. Quia nõ eſt ſapientia, potentia aut conſilium contra dominum. Nihilo igitur fœlicius geſſit bellum ille contra Eccleſiam Catholicam, q̃ geſſerunt olim contra filios Iſrael ſub Gedeone Madianitæ. Albigenſes. Iud. 7.

Quid, rogo, aduerſus Papæ poteſtatẽ obtinuit Berengarius in Gallijs? Quid Vuiclephus (auus ueſter) in Anglia? Quid Huſſus & Ziſca in Bohemia? Stat adhuc per Dei gratiam firma & immota ſedes Petri. Illi uero nunc ubi ſunt? Euanuerunt in terra, ſepulti ad æternos cruciatus in Inferno, ubi eſt fletus & ſtridor dentium. Miror itaq; uos (quorum multi egregie docti eſtis & multa legiſtis) tam multis ac manifeſtis infœliciſſimorum exituum & uanorum conatuum exẽplis non abſterreri à tam pernicioſo uaniſſimæ ſpei propoſito, quos ſperatis uos euerſuros eſſe eam poteſtatẽ, quam ſuper petrã ueritatis æternæ fundauit ipſe Dominus. Credo equidem, non longe abeſſe tempus, qñ. Vani conatus rebellium.

in Lutherum et unumquemq; ueſtrum ſimilia conan-
Pſalmo. 36. tem dicturus eſt, cum Pſalmiſta Ro. Pontifex. Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat, & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus.

Similes antiquo Draconi. Eſa. 14. In hoc enim impietatis audaci facinore & rebellionis ſuperbiſſime ſcelere, ſimiles uos facitis antiquo Draconi, qui ſuperbe dicebat in corde ſuo. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo, Cui per Prophetam ait Dominus, ueruntamen in Infernũ
Apoc. 12. detraheris, in profundum laci. De quo & in Apocalypſi ſcriptum eſt. Proiectus eſt accuſator fratrũ noſtrorum. Si ergo ſic proiectus eſt iuſto Dei iudicio accuſator fratrum, quomõ non proſciatur accuſator patrum noſtrorum? Ad quos ſolenniter de more ſcribentes, ſingulis dicere ſolemus, Beatiſſime Pater.

Græci. Nihil profecto lucrati ſunt per ſuam rebellionem & ſuperbiam, contra Rom. Eccleſiæ poteſtatem, Græci, Aſiatici, & Armeni, apud quos nunc Mahumeti magis q̃ Chriſti ualet ac prædicatur religio. Intelligunt iam ſero, per experientiam Turcicæ ſeruitutis, quid interſit Papæ aut Turcæ ſubeſſe. Prouidete, quæſo, in tempore, dũ fieri poteſt, ne quando experiamini, quã-
Gal. 6. tum interſit, Papæ aut Turcæ ſubeſſe, Deus non irri-
Eſa. 59. detur, nec eſt inualida, nec abbreuiata manus eius ad
Pſalmo. 30. retribuendum unicuiq; iuxta opera eius. Cauete igitur
Heb. 12. ne ſero & fruſtra dicatis Domino. Proiecti ſumus â facie oculorum tuorum, quando pœnitentiæ locum inuenire amplius non poſſitis, etiamſi cum lachrymis eam (ut Eſau) inquireretis. Videtis quid Grecis ingenio ac eruditione tumidis, & contra maiorum ſuorum

exempla

exempla Ro. Pontifici rebellibus, acciderit tandē, qui tot annis frustra contentiosi fuerūt, ac semper in peius profecerunt, donec sub Turcarum tandem tyrannide digna receperunt perfidiæ suæ præmia.

Quamq; habuerunt plures superbiendi causas aduersus Ro. Pontifices q̄ habetis uos, Græci enim sem per latinis præstare ac anteire uisi sunt ingenio, eruditione, facundia. Habebant quatuor Patriarchales sedes, latini unam duntaxat. Erāt item in Christi fide antiquiores, Vnde & Arriani, dum essent propter Athanasium à Iulio Papa Romam citati, respondendo scripserunt, Apostolos prius apud ipsos fuisse anteq̄ Romam uenerint. Quid, quod Apostoli græce potius q̄ latine nouum scripserunt Testamentum? Sed & numero Episcoporū atq; Ecclesiarū latinos longe antecedebant. Quippe cū in Synodo Nicena fuerint Episcopi CCC. XVIII. In Chalcedonēsi uero DC. XXX. Omnes ferè Græci fuerūt, ex Latinis uix tres aut quatuor affuisse leguntur. Et tamen hæc omnia nihil eis profuerunt, quia non est sapientia aut consilium contra dominum, qui supremam in Ecclesia clauium potestatem Petro præ alijs dedit Apostolis.

Melior Græcorum quam Lutheranorū causa contra Ro. Pont.

Vos autem, quas habetis, rogo, causas superbiendi ac rebellandi contra hanc sedis Apostolicæ potestatē? Qua ratione aut quo saltem figmenti fuco potestis desectionis uestræ perfidiam excusare? Vnde accepistis uos & maiores uestri fidem & agnitionem Christi, doctrinam, obseruationes & Ceremonias religionis Christianæ nisi à Sede Apostolica & Romana Ecclesia? Lōge igitur iustius uobis q̄ Græcis potest ingratitudinem ac perfidiam exprobrare Romana Ecclesia, mater

Ingrati cōtra Ro. Ecclesiā Lutherani.

mater uestra in fide & Euangelio Christi, ut uere ac iu-
2. Cor. 4. re dicat uobis, quid habetis de Christo et eius Euange-
lio, quod à me nõ accepistis? Si autem accepistis à me,
quid gloriamini aduersum me quasi non acceperitis?
Esto, habeatis decem milia pædagogorũ in nouo hoc
Christianismo uestro, ego tamẽ sum mater uestra. Nã
in Christo Iesu per Euangelium EGO (nõ Græcia,
non Antiochia, non Alexandria, non Hierosolyma)
uos genui, ad meam, non ad Orientalium patriarcha-
les sedes omni iure pertinetis. A mea, non ab illorum
sedibus Episcopos uestros ab initio & more antiquis-
simo accepistis, atq; adhuc hodie (quoquot habetis ue
Ioh. 10. ros Episcopos) accipitis. Quicunq; aliũde subintrant,
non pastores aut Episcopi, sed fures sunt & latrones,
qui non recte pascunt, sed mactant & perdunt, fuerũt
maiores uestri plus minus DCCC. annis mihi obæ-
dientes ac subditi, tanq; matri suæ in Christo.

Lutherani ex uerbis propriis Lutheri cõdemnantur.

Quis uobis definiendi ac rebellandi potestatem de-
dit? Non alius certe q̃ Lutherus, sicut ipse met contra
Zuinglium tuum gloriatus est, quod & tu ipse de eo
glorianter prædicas, quod non saxones modo sed &
alios Germaniæ populos ad ueram religionẽ (hoc est,
ad Lutheranam, quam falsissime ueram dicitis) pertra
xit. Ego autem hunc desertorem impium ac seruum
nequam, ex ore ipsius proprio facile iudicare atq; con-
demnare possum, & uos omnes, quicunq; rebellatis mi
hi, pariter cum illo. Hæc enim sunt propria ipsius uer-
ba, in primo Resolutionum suarum libro, per quẽ pri-
In Resolu. cõclus. 61. mitus Mundo innotuit. Clarum est (inquit) quod ad
remissionem pœnarum & casuum sola sufficit pote-
stas Papæ. Quando ergo sacerdotali officio excom-
municat,

micat, absoluit, ordinat, deordinat, statuit, abrogat, præcipit, prohibet, dispensat, mutat, interpretatur. In his omnibus agit uirtute istius uerbi, Quodcunq; solueris &c. Item. Tenentur (inquit) Episcopi & Curati, ueniarum Apostolicarum Cõmissarios, cũ omni reuerentia admittere: quia autoritati Papali in omnib⁹ cum reuerentia credendũ est. Qui em̃ potestati resistit, resistit Dei ordinationi, Qui autem Deo resistunt, ipsi sibi damnationem acquirũt. Et dominus ipse, Qui uos spernit, me spernit. Et rursus. Contra ueritatẽ (inquit) Apostolicarum ueniarum qui loquitur, sit ille Anathema & maledictus, Quia etsi res parua sit ueniarum largitio, tamen contra potestatem superbe agit, qui contradixerit, Ideo merito maledicetur. Item. Non est nostrum (inquit) iudicare uoluntatem Papæ, sed tantũmodo ferre, etiamsi quando fuerit iniquissima. *Ibidẽ. conclus. 69.* *Ibidẽ. conclus. 71.* *Ibidẽ. conclus. 86.*

Hæc id genus multa, contra rebellionem uestram, Lutherus in eo libro, quo nullum unq; ædidit uobis plausibiliorem ab initio defectionis. Si dixeritis, eum postea reuocasse librum illum, Nõ est iusta hæc excusatio, iuxta illud, Et semel emissum uolat irreuocabile uerbum. Et propria eius protestatio cassam facit & inualidam reuocationem, Non enim in illo dumtaxat libro, sed & in disputatione Lipsica, & Augustæ coram Cardinali Legato, protestatus est contrarium, Ex tunc ut ex nunc, Et ex nunc ut ex tũc. Neq; igitur corã Deo neq; coram hominibus excusari, aut defendi potest hec uestra defectio, sicut neq; Bohemica Hussitarũ & Vualdensiũ, quin sit impia, & omnibus diuinis legibus contraria. Quia contra charitatem est, In qua omnes leges summãtur, & supremũ ius diuinũ est charitas. Hæc est *Non ualet Lutheri reuocatio.*

ipſius met Lutheri ſententia, tum in declaratione quo-
rundam articulorũ, tum in cõmentarijs Epiſtolę Pauli
ad Galatas, quæ & ipſum & uos omnes pariter condẽ-
nat, quicunq; ei contra Ro. Eccleſiam adhæretis.

Quanta bona in Papatu.

Quid, q̃ poſt multos deinde annos, dũ contra Ana-
bãptiſtas ſcriberet, uos alijs uerbis iterum cõdemnauit,
reprobans ſtultitiã (ut uocat) ſuermerorũ, qui in odiũ
Papæ, baptiſmũ paruulorũ & corpus Chriſti in ſacra-
mento reijciebant & abnegabant, Nã ea ratione opor-
teret eos negare & totã ſcripturã & prędicandi officiũ,
Hoc totũ em̃ à Papa habemus, fatemur nãq; (ait) ſub
Papatu plurimũ eſſe boni Chriſtiani imo omne bonũ
Chriſtianũ, atq; etiã inde ad nos peruenisſe, fatemur in-
quam, in Papatu ueram eſſe ſcripturã ſacrã, uerũ bap
tiſmum, uerum ſacramentũ altaris, ueras claues ad re-
miſſionem peccatorũ, uerũ prædicandi officiũ, uerum
Catechiſmum, Dico inſuper, ſub Papa uerã Chriſtia-
nitatem, immo uerũ nucleũ Chriſtianitatis eſſe. Hęc
ibi Lutherus, quem tu falſis laudibus tantopere cõmen
das, ò Bullinger, in magnam ueſtrũ omnium cõfuſio-
nẽ & damnationẽ ęternã, q̃diu rebelles Papæ fueritis.

Peius erit Lutheranis q̃ græcis in iudicio.

Longe igitur & grauior erit in extremo iudicio ue-
ſtra q̃ Græcorum aut Bohemorum confuſio, & maior
ad cruciatus æternos cõdemnatio, dedecuſq; & oppro-
brium ſempiternum coram omnibus ſanctis & ange-
lis Dei, quando tot Lutheri ueſtri ſententiæ aduerſus
defectionem ueſtram, in frontibus & inconſcientijs ue
ſtris ſcriptæ, recitabuntur. Quid enim honeſte aut ex-
cuſabiliter reſpondere poteritis? Nunquid linguarum
peritia aut ſcripturarũ ſcientia (qua tumetis) aut cõpo
ſitus uerborũ ſtylus liberabit uos? Vane in ijſce cõfidi-
tis, Nam

Ro. 2.

tis, Nã scientia inflat, nõ saluat, Etsi linguis omniũ ho- 1. Cor. 13.
minũ & angelorũ loqueremini, nihil uobis ibi prodesse
posset, quia charitatẽ nõ habetis, sed per schisma & de- Apoc. 2.
fectionẽ ab ea excidistis, & charitatẽ uestrã primã reli- 1. Ioh. 2.
quistis, qua uobiscũ ambulabatis unanimes in domo
Dei, quæ columna & basis est ueritatis, Exijstis à no-
bis, nõ nos à uobis. Nisi igitur memineritis in hoc sęcu
lo unde excideritis, & pœnitentiam agentes prima ope
ra feceritis. Veniet ille, qui habet Rompheam ex utraq;
parte acutam, et mouebit candelabrum uestrum de lo-
co suo.

Nihil ibi iuuabunt uos figmenta & manifesta men Impudentissi-
dacia uestra, quibus nunc Germaniæ populos multos ma mendacia.
nequissime decipitis & in odium Ro. Ecclesiæ conci-
tatis, dum unus blaterat, Petrum nõ fuisse Principem
Apostolorum, alter non fuisse Petrum Romę xxv. an-
nis, alius Petrum nunq; fuisse Romę, alius Petrũ prio-
rem Epistolam suam scripsisse in Babylone Aegyptia-
ca, alius in Persica, alius Ro. Pontifices non esse Petri
successores, Qualia & tu, Bullinger, permulta scribis
hoc in opere tuo, De quo mihi nunc tecum est conten-
tio, Ad quæ sane respondere modo mihi ociũ aut tem-
pus non est. Neq; necessarium esse putò, Quandoqui-
dem ante xx. annos bonam eorum partem confutaui,
Quatuor libris in Velenum, qui Petrum Romæ unq;
fuisse negabat, editis. Contra quos neminem ex uobis
respondisse scio.

Miror equidem te alioq; multę lectionis & eruditio De Papatu
nis uiros amaris in Ro. Ecclesiam affectibus ita excęca- sub Phoca
ri & in suo iudicio falli posse, ut siue historias siue Chro Imp.
nica scribatis & euulgetis, non pudeat uos affirmare,

Papatum incepisse primum sub Phoca Imperatore, Anno ab incarnatione domini DC. VIII. Quando Phocas, rogante Bonifacio Papa, statuit sedem Ro. Ecclesiæ, ut caput esset omnium Ecclesiarũ. Vnde tu infers, Veterem illam & sanctissimam Ecclesiam huius modi Romano Capite sex potuisse carere seculis. Quã misere uero decipiat uos in hoc prauus odij affectus, ex his Imperatorum legibus, quas supra recensui, facile cõsyderare ac uidere posses, si oculos uidẽdi haberes, & ex ratione, non ex passione improba iudicares. Illi em Imperatores Romani, Aurelianus, Gratianus, Valentinianus, Theodosius et Iustinianus primus lõge ante Phocam imperauerunt, quod negare minime potes.

Supra. cap. 8.

C. de summa Trini. L. Nos reddentes. In Auten. De priuilegijs Ecclesiasticorum §. Idcoq;. Collu. 9.

Ita sane habet ibi lex Iustiniani ad Iohannem Papã II. Ideoq; omnes sacerdotes uniuersi Orientalis tractus & subijcere & unire sedi uestræ sanctitatis properauimus, quæ CAPVT est omnium sanctarum Ecclesiarum. Addam hic aliam eiusdẽ Imperatoris legem ex Autenticis, quę sic habet, Ideoq; sancimus, sanctissimum senioris Romæ Papam, PRIMVM esse omnium sacerdotum, Beatissimum aũt Archiepiscopum Constantinopoleos Nouæ Romæ, secundum habere locum post sanctam Apostolicam sedem senioris Romæ. Alijs autem omnibus sedibus præponatur. Hæc profecto lex Iustiniani in Autenticis posita ita manifeste confundit & conuincit errorem mendaciumq; uestrum de primo (ut asseritis) Papatu sub Phoca obtento, ut nihil possit afferri uel certius uel manifestius.

Historici non recte intellecti.

Neq; contradicũt huius Imperatoris legi & testimonio, ea ꝙ ex Paulo Diacono, Platynaq; & Sabellico refers. Nullus enim eorum dicit (sicut uos falso dicitis)

tunc

tunc primum sub Phoca Romanum cœpisse Papatum, aut primum à Phoca statutum esse, ut sedes Ro. Ecclesiæ Caput esset omnium Ecclesiarum. Statuit quidem hoc Phocas, contra arrogantiam Patriarchæ Constantinopolitani, Vniuersalem se ipsum uocitantis, sed non primus ita statuit, quia longe antea itidem statuerant non solum Imperatores alij, uerum etiã Generalia Concilia, præsertim Nicenum & Chalcedonense. Quod si præ odio iniquo possis recte inspicere uerba Platynæ, facile deprehenderes, eum longe aliter sentire ꝙ tu sentis.

Hæc sane sunt uerba eius. Bonifacius tertius, patria Romanus, à Phoca Imperatore obtinuit, magna tamen contentione, ut sedes beati Petri Apostoli, quæ CAPVT EST omnium Ecclesiarum, ita & diceretur & haberetur ab omnibus. Quem quidem locum Ecclesia Constantinopolitana sibi uendicare conabatur, fauentibus interdum malis principibus, affirmantibusq; eo loci primam sedem esse debere, ubi Imperij caput esset. Affirmabant Romani Pontifices, Vrbem Romam, unde Constantinopolim Colonia deducta est, Caput Imperij merito habendam esse. Cum etiam Græci ipsi literis suis Principem suum Romæum Imperatorem uocent. Ipsiq; Constantinopolitani etiam ætate nostra Romæi non Græci uocentur. Omitto quod Petrus Apostolorum Princeps, successoribus suis Pontificibus Romanis, regni cælorum claues dederit, potestatemq; à Deo sibi concessum reliquerit, non Constantinopoli, sed Romæ. Illud tantum dico, multos principes, maxime uero Constantinum, comparandæ Synodi ac dissoluendæ, confutandi uel confirmandi

Verba Platynæ.

firmandi ea quæ in Synodis decreta erant, Romanæ sedi tantum modo concessisse. Merito igitur sedes Romana cæteris antefertur, cuius integritate & constantia cunctæ hæreses confutatæ sunt et explosæ.

Declaratio Platynæ.

Hæc Platyna in eo ipso loco, quem tu peruerso iudicio contra Papæ potestatem allegare non erubuisti. Non dicit ille, ut tu, quod sedes Ro. Ecclesiæ primum à Phoca constituta sit Caput omnium Ecclesiarum. Nec dicit, ut esset, sed quæ est Caput. Et addit, id priuilegij uendicasse sibi Ecclesiam Constantinopolitanã aliquando, fauentibus ei malis (non ait, bonis) interdũ Principibus, Cæterum statim subiungit longe potius ius melioresq; rationes Ro. Pontificũ, et multos Principes, maxime Constantinum, tantummodo Romanæ sedi concessisse ea, quæ uos cæco admitis iudicio, priuilegia, atq; prærogatiuas. Deniq; concludit apertissimis, contra sententiam uestram, uerbis, Ro. sedem cæteris merito anteferri, cuius integritate et constantia cunctæ hæreses confutatæ sint & explosæ.

Confutatio mẽdaciorum.

Facile igitur & uestra tam cæca ex amaro et inimico corde prolata iudicia confutare potest & explodere, qa impudentissimis ac manifestissimis nitũtur mendatijs.

Irenæum lib. 3. cap. 3.

Contra quæ omnia uel unius Irenæi, uetustissimi scriptoris & sanctissimi Martyris & Archiepiscopi Lugdunensis incorruptissimum nobis sufficere poterit testimonium, cuius hęc sunt, aduersus antiquas sui temporis hæreses, uerba in forma (ut aiunt) post multa alia aduersum uos lectu digna. Ad hanc (inquit) Ecclesiã, Romanam scilicet, propter potentiorem PRINCIPALITATEM, necesse est omnẽ conuenire Ecclesiam, hoc est, omnes qui sunt undiq; fideles.

Vos igi-

Vos igitur, qui ad eam conuenire, & cum ea colligere in uinculo charitatis & pacis non uultis, inter fideles Christi nullo iure connumerari potestis, sed reprehendit & increpat uos in Euangelio dominus, dicens. Qui non colligit mecum, dispergit. Et qui non est mecum, contra me est. Quapropter recte ac merito dicit uobis Ro. Pōtifex, sicut dixit ad filios Israel Moyses. Audiui murmur uestrū cōtrà dñm. Nec cōtra nos est murmur uestrū, sed contra dñm. Quēadmodū et contra seditiosos et superbos Proauos uestros, Care, Dathan et Aby ron uere dixit, omnis globus tuus stat cōtra Dominū. Quid est enim Aaron ut murmuretis contra eum? *Reprehensio rebellium.* *Matth. 12.* *Luc. 11.* *Exo. 16.* *Num. 16.*

Vos autem, ò infœlices Lutheri complices & discipuli, non solum murmuratis aut mussitatis, uerum etiā pleno furore in aperta prorumpitis contra Papā, Christi Vicarium, conuicia, in calumnias amarulentas & in blasphæmias horrendissimas, dum eū scribitis, dicitis ex pulpito, uelut ex rostris, proclamatis, ludisq; publicis & picturis fœdissimis confingitis esse uerum et ultimum, in scripturis prophetatum Antichristum. Quid obsecro lucrati hactenus estis tam uæsanis ac seditiosis clamoribus? Aut in quo nocuistis potētiæ ac potestati Ro. Pontificis? Supremi orbis terrarū Principes, Potentissimus Imperator noster & Pientissimus frater eius Rex Romanorū, adhuc hodie obseruant ac uenerant Ro. Pontificem, ut Vicarium Christi, eiq; debitā præstant obedientiā. Detestantur uero ac nobiscū dānāt oēs q cōtra illū seditiose isurgūt. Vos igit nisi redieritis ad cor, & pœnitētiā egeritis de oīb. huiusmodi rebellionis ac defectiōis uestræ scelerib⁹, ī hac uita, inęternū miseri eritis ī futuro sæculo, à quo malo ineffabili atq; etiā incogitabili, liberet uos gratia & gloria Christi Amen. *Scelera rebellionis.*

EPILOGVS.

Odij deprecatio.

Abes nunc, Bullinger, qualemcunq; festinatum & breue à me responsum, super præcipuis articulis, de quibus tractat elucubratio tua prolixe, faxit Deus, ut istud tam libero à finistris & amarulentis affectibus animo legas, q̃ ego scripsi. Amo quidem ingenium eruditionemq; & stylum tuum, sciens, quicquid in ijs boni habes, id te non ex teipso sed ex Deo habere, uti testatur in sua Ca-
Iac. 1. nonica S. Iacobus, & Paulus 1. Corin. 4. Quid habes (inquit) quod non accepisti. Optarim igitur ac precor, ut eiusmodi donis Dei uti uelis in ædificationem potius q̃ in destructionem. Destruis autem perdamnabilem separationem ab Ecclesia Romana, quæ Caput est omnium Ecclesiarum, & unica mater Germanorum in Christo.

Caput Ecclesiæ.

Nec sit tibi graue, quæso, eam dici Caput Ecclesiarum, quo nomine eam dignam duxerunt multi ac boni Romanorum Imperatores, cum tu Regem Angliæ dicas Caput Ecclesiæ Anglicanæ, licet sit Princeps sæcularis, Quem et sanctissimum dicis, cum interim graui ter ac molestè audias, Papam à nobis sanctissimum dici. Cæterum neq; de tua neq; de illius aut cuiuslibet singularis personæ sanctitate hic disputo, sed de autoritate scripturarũ Canonicarũ & Ecclesiæ Catholicæ, et de Potestate Papæ atq; Cõciliorũ. Cupio sane omnibus suam autoritatem permanere saluam, non sic assero Ecclesiæ autoritatem, ut uelim scripturis imminui suam,

suam, Nec sic extollo potestatem Papæ, ut uelim eam scripturis & uerbo Dei anteponi aut opponi, Cũ probauerim eam in uerbo & super uerbum Dei fundatam esse. Vnitatem quæro pacemq; & concordiam inter nos in fide recta, spe firma, & in charitate non ficta.

Vna nimitas in fide sub Papa.

Dixi Ratisponæ Bucero & Caluino, complicibus tuis, per nos non stare, quo minus resarciatur inter nos & uos concordia prisca, Qualis antea inter nostros ac uestros parentes atq; maiores fœliciter fuit, sed nequaq; nobis integrum esse, summo cum animarum nostrarum periculo, deficere aut separari à communione & fide antiqua Gallorum, Hispanorum, Italorum (qui longe antiquiores sunt Christiani q̃ sumus nos Germani) Polonorum item & aliarum Nationum, in fide Catholica & in obædientia sedis Apostolicæ iugiter perseuerantium, Cũ quibus & maiores nostri unanimes in fide semper extiterunt.

Discordia in sectis.

Neq; ulla ratione nobis consultum aut tutum uidetur, ut ex unanimi in fide consensu tot, Nationum & sanctorum patrum, leuiter ac temere transeamus ad sectas uestras, inter quas tam multa & uaria subinde oritur super diuersis articulis contentio, Id quod negare non potes, Quandoquidem non ignoras, q̃ multi ac uehementes atq; etiam hostiliter mordaces & contumelioſi libri euulgati fuerint in contentionibus Lutheri cum Zuinglio, cum Carolstadio, cum Oecolampadio Cum Bucero, cum Anabaptistis aliisq; suermeris, & ad huc sub iudice inter uos lis est.

Retinent itaq; nos in Ecclesia Catholica, sub debita Papæ obædientia, tũ ea bona, quæ supra ex Luthero sub Papatu esse demõstrauimus, tum & alia quædam

Quæ nos sub Papa retinet.

Aug. contra epistolam Manichæi cap. 4.

non modica bona, quæ S. Augustin. contra Manichęos commemorans ait. In Catholica Ecclesia, ut omittam syncerissimam sapientiam (ad cuius cognitionē pauci spirituales in hac uita perueniunt) Multa sunt alia, quæ in eius gremio me iustissime teneant, Tenet consensio populorum atq; gentium. Tenet auctoritas, miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, uetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli (cui pascendas oues suas post resurrectionem dominus commendauit) usq; ad præsentem Episcoparum successio sacerdotum. Tenet postremo ipsum Catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, Vt cum omnes hæretici se Catholicos dici uelint, quærenti tamē peregrino alicui. Vbi ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum uel Basilicam suam uel domū audeat ostendere. Ista ergo tot & tanta Christiani nominis charissima uincula recte hominem tenent credentem in Catholica Ecclesia, etiamsi propter nostrę intelligentiæ tarditatem, uel uitę meritum, ueritas nondum se apertissime ostendat. Hæc Augustin. quem tu ipse Christianissimum uocas Antistitem.

Successio Pontificum.

Aug. in epistola. 156.

Si ergo tenuit eum in sede Petri & Rom. Ecclesia successio sacerdotum, hoc est Pontificum, quos alio in loco contra Donatistas nominatim ex ordine commemorat, à Petro usq; ad Anastasium primum, uix bene Quadraginta. Quanto iustius, obsecro, nos tenere debet in eadem sede et Ecclesia Roma. tam longa & numerosa Pontificum ex certa serie successio? Nam ad nostra hæc usq; tempora connumerare uere possumus plures q̄ CCXXX. Romanos Pontifices. Quid

autem

autem tenet uos, quæso, quo minus ad huius Ecclesiæ unitatem & obedientiam redeatis? Quæ est apud uos longa series aut certa successio sacerdotum, in fide sibi pcromnia consentientium? Quis ordo? Quæ autoritas? Quæ obedientia? Quæ disciplina? Qualis conuersatio? Nihil profecto hactenus uidi apud uos, propter quod bona conscientia deserere possim Ro. Eccle siam, & uestris usq; adeo carnalibus & irreligiosis adhęrere sectis & nullis legitime ordinatis Episcopis & prę byteris, qui apud uos nouo more creantur.

De quibus certamus cum sectis.

Non est igitur mihi, ò Bullinger, neq; tecum neq; cũ ullo alio complicum tuorum cõcertatio de ingenij aut eruditionis ostentatione, sed de sola ueritate, & animarum salute, scientiam ac linguarum peritiam uobis libenter concedo, ad charitatem uos ex animo hortor & oro, ut sitis nobiscum unum in Christo, sicut ipse patrẽ pro nobis, ut unum simus, rogauit, extra enim Ecclesię unitatem uana est omnis spes de salute. Quemadmodum docte & copiose declarat per multas scripturas S. Cyprianus in tractatu de simplicitate Prælatorum.

Ioh. 17.

Dehortatio ab inimicitijs.

Nolite, obsecro, pertinaciter in finem usq; à nobis separati permanere, hoc enim animabus uestris nequaq; expedit. Quantũ ad abusus, qui Prælatorũ siue negligentia siue auaritia in Ecclesiam irrepserunt, cupio equidẽ fideliter cooperari (si quid possit paruitas mee) ut corrigantur, & in pristinũ pietatis usum omnia restituantur. Eam ob rem potissime nunc, ut fructuose celebretur, indictum esse credo Generale Concilium. Venite modo, & nobiscum de communi animarum salute & totius Germaniæ pace ac tranquillitate in medium fideliter consulte, sit tandem quies inter nos à cõ

tentionibus, cessent iurgia & conuicia, fiat iniuriarum pia remissio & obliuio, solius ueritatis & resartiendæ unitatis & fraternæ charitatis ratio habeatur, ut Christus dominus & saluator noster uere nobiscum sit ac permaneat, non in ore solum (sicut multi dicunt Christus Christus Christus) sed etiã in corde & opere, iuxta illud Iohannis Apostoli, filioli mei, non diligamus uerbo neq; lingua, sed opere & ueritate.

Conclusio. Tu de me senti aut iudica Bullinger ut lubet. Ego probe mihi conscius sum, hic nihil in te ex odio à me dictum esse, reprehendi quædam, sed in bonum finẽ, ut à noxijs desistens contentionibus & superioris, potestatis impugnationibus uanis, & ad pietatem restituendam nihil proficientibus, ingenium & eruditionẽ tuam ad meliora, quæ ædificationis pacisq; & salutis sunt, conuertas, sicut fœlicissime fecit grauis ac uehemens quondam Ecclesiæ Christi persecutor Apostolus Paulus. Quod si uagis elusionibus euadere aut impotentibus tantum conuicijs, non rationibus firmis, nec scripturæ locis ad rem appositè facientibus, mihi obuiare uolueris. Ego tam supinus aut cęcus (Christo Iesu, qui uera lux est, bene iuuante & illustrante) non ero, quin uisurus sim, quid põderis responsio tua apud eruditos habitura sit, etiamsi uestris forsitan (qui cęco affectu seducti omnia uestra probant) ualde placeat. Si autem moderate, præcipue studio ueritatis, responderis, planius inde intelliges, quantum apud me prępõderet omnibus affectibus humanis ueritas perspicue cognita. Libẽter profecto uidebo, quid responsurus sis ad ea saltem, quæ in nono capite à me tibi obiecta sunt, Proinde, ut ad eam disceptationem efficatius te

inuitem

muitem, De Missę, quã obrogastis, sacrificio paucula recensebo, & perscrutãdę ueritatis causa familiariter tibi obijciã argumẽta, q̃ me firmiter cõstrigũt ac retinẽt in antiqua Patrũ totiusq; Ecclesię fide. In qbus si me errore teneri putaueris, tuę fuerit charitatis & Christiani officij, me rectiora docere, & nõ cõtemptim atq; superbe dissimulare, atq; ad oĩa silere, sicut multis iã annis fecerũt nõ mihi modo sed & alijs plęrisq; pijs & Catholicis uiris Lutherus, eiusq; Philippus, Memini sane me ante annos xiij. Teuthonice de sacrificio Missæ & respondisse ad ratiões Lutheri, & aliq̃t obiecisse uicissim tum ex scripturis tũ ex patribus argumenta, qbus consonat Ecclesię fides antiqua, sed nihil hactenus ad ea responsum esse neq; á Lurhero neq; á cõplicibus eius uidi. Quare sub breuitate tibi nunc ea commemorabo, si forte tu mitior in me fueris q̃ ille fuit.

Ex figuris ueteris testamenti.

I. Gen. iiij. habemus sacrificiũ iusti Abel, Cuius & in sacra Canone fit mentio. Hoc autem fuisse figuram sacrificij Christi, quod in Missa pia repręsentatiõe peragiter, testant̃ Ambr. & August. alijq; patres nõ pauci.

II. Sic & Gen. viij. Holocausta, quę super extructũ altare obtulit Noe, figura fuerunt sacrificij nostri qd̃ Christus instituit, sicut egregie declarat Rupertus Abbas olim Tuitiensis, super Genes. lib. 4. c. 27.

III. Item Gen. xiiij. sacrificium Melchisedech clarissima fuit figura sacrificij nostri, quod ille in pane & uino obtulit, De quo et Dauid in spiritusancto loquitur, quando dicit Christum saccrdotẽ secundũ ordinẽ Melchisedech. Cui & Paulus ad Hebręos reuerẽter alludit. *Psal. 109.*

Sũt p̃terea permultę alię figurę, in lege ueteri, quę p *Heb. 7.*

multa ac diuersa sacrificia hoc unum Ecclesiæ & no-
uæ legis sacrificiũ typice significauerũt, Vtpote sacrifi-
çiũ Abrahæ Gen. xxij. sacrificiũ. Agni pascha is Exo.
xij. & Nu. ix. Iuge sacrificiũ duorũ agnorũ quotidie.
Exo. xxix. et Nu. xxviij. Item sacrificium uituli imma-
culati Leui. iij. & id genus plura, sicut docte & religio-
se declarant Expositores nostri, Origenes, Eſychius,
Cyrillus, Hieronymus &c.

Ex prophetis.

Comprobant Missæ sacrificium Doctores antiqui,
præsertim August. et Cassiodorus ex dictis Psalmo.
xxxix. & xlix. Et Liranus interps ex Dictis Danielis c.
viij. & xij. ptерea ex prophetia Malachiæ c. i. & iij. sed
non est mihi nunc tantillum otij aut temporis reliquũ,
ut fusius patrum dicta commemorem.

Ex nouo testamento.

Obiecerunt uobis iam pridem doctissimi uiri, Epi-
scopus Roffensis. Io. Eckius, Albertus Pighius alijq;
plærisq;, qui obdormierunt iamdudum in dño. Ex Euã
gelijs & Pauli Epistolis plęroscq; locos, in quibus non
obscure testificatur spiritus sanctus istud nouæ legis sa
crificium, quod à uobis reijcitur licet ad illorum argu-
menta non responderitis.

Ex antiquissimis patribus.

Extant adhuc magis expressa de hoc sacrificio no-
stro testimonia apud sanctos patres uel antiquissimos,
quorum plærisq; Apostolorum fuere discipuli, utpote
Clemens & Anacletus Ro. Pontifices. Dionysius itẽ
Areopagita et Ignatius Antiochię Episcopus, Glorio-
si Martyres Christi. Irenæus ptерea & Cyprianus, atq;
post istos innumera subsequẽtium patrũ turba. Quo-
rum

rum doctrina & autoritas longe maioris est apud me ponderis, q̃ fuerunt hactenus omnium aduersariorum scripta, quæ me uidisse contigit. Aut igitur mecum approba & consenti, aut certiora, q̃ alij sectarũ duces tecerunt, argumenta propone.

ERRATA PRAECIPVA.

A 2. facie 2. linea ultima. Quũ. lege Quũ. A 3. fa. 1. li 24. arrogat. lege derogat. B 2 fa. 2 li. 22. Pontinũ. lege Ponticum. B 3. fa. 2. li. 26 lingnis. lege linguis. Ibidem li. 29. ipso. lege ipsa B 4. fa. 1. li. 1. cecum. lege tecum Ib. li. 11. prohibuisset. lege perhibuisset. C 2. fa. 1. li. 16. animaduerteretis. Ib. fa. 2. li. 3 scandit Ib. li 23. Apostolis. C 4. fa. 2. li. 18. externa. Ib. li. 28. dissimules D 2 fa. 2. li. 1. dicitis. li. 2. Zidkia. D 3. fa. 2. li. 3. præditum. D 4. fa. 1. li. 7. Tres lineæ illæ ad præcedens foliũ pertinent. E 1. fa. 1. li. 15. fecerint. Ib. fa. 2 li. 7. multo. E 3. fa. 1. li 4. milia. Ib. fa. 2. li. 6. perfecte E 4. fa. 1. li. 27. interni. Ib. fa. 2. li. 16. horũ. Et li. 17 Tribulatio patientiã operatur. F 2. fa. 2. li 26. libris Lutherus. F 3 fa. 2. li. 19. patrũ. Ib li. 26. utrunq̃. G 1. fa. 1. li. 10. Has. Ibi. li. 15. Time. li. 16. cõmiscearis. G 2. fa. 2 li 18. tractatus. Et li. 26. sciunt. H 1. fa. 1. li 8. sexũ pertinẽt. H 4. fa. 1. li. 13. si prolixe. I 1. fa. 1. li. 4 obseruationũ. Ib. fa. 2. li. 3. animo. Et li. 21. illos. I 3. fa. 1. li. 18 à Senatore. Ib. fa. 2. li. 16. & doctissimus. I 4. fa. 1. li 8. ad augendoq̃. Ib. fa. 2 li. 23. qui non. K. 1. fa. 1. li. ulti. nos dignos. K 2 fa. 1. li. 4. quæ. K 3 fa. 1. li. 1. non. Et li. 4. non. Et li. 29. quo. Ib. fa. 2 li 3 loeus eius. K 4. fa. 1. li. 3. Quanq̃. Ib. fa. 2. li. 18. deficiendi L. 1 fa. 1. li. 7. cedendum. L. 2. fa. 1. li. 5. nobiscum. L 4. fa. 1. li. 10 Core. Ib. fa. 2. li. 1. qualecunq̃.

INGOLSTADII IN OFFIcina Alexandri Vueissenhorn.